

A ornatissimam, & florentissimam urbem: Ornamentum Provinciarum à Plinio in Epistolis, à Gregorio Turonensi Archiep. nobilissimam: eo quod, inquit, Martyrum sanguine fuerit illustrata; fuisse enim dicitur 18. milia, eorumque laniena facta. De Lugduno ita Julius Cæsar Scalger cecinit.

*Fulmineis Rhodanus qua se fugat incinus vidit
Quaque pigro dubitat flumine misit Arar,
Lugdunum jacet, antiqua novus orbis in orbe
Lugdunumque vetus orbis in orbe novo.
Quod nolis alibi quaras, hic quere quod optas,
Aut hic aut nusquam vincere vota potes.*

1. B. Photinus, alias Photius, primus Lugdunensis Ecclesie creditur Præful ab *Eusebio*, s. c. r. *Baronius* in *Annalib. Tom. 2.* scribit, ann. 179. Sotheis Pontificis Maximi 5. ac M. Aurelii Imp. 17. passum esse cum aliis 48. Martyrib. secundum *Gregor. Turonens.* de *Gloria & miraculis Martyr. lib. 1. c. 49.*

2. Irenæus, cum Lugdunensis Ecclesie Presbyter esset, mittitur ad Eleutherium Roman. Pont. eum consultius de quibusdam Ecclesie quaestionibus, ut scribit *Euseb. Hist. Eccles. lib. 5. cap. 4.* & post reditum successit est Episcopus an. 180. non 172. ut quidam scribunt. S. *Hieronym.* ad Theodor. quod Dilectorum Apostolorum tempore fuerit, eundem appellat, virum Apostolicorum temporum; & *Epiphanius heret. 24. 31.* Apostolorum successorem, primumque Theologum. *Tertullianus* autem adversus Valent. c. 5. ob multiplicem ipsius doctrinam, omnium doctrinam curiosissimum exploratorem. De Irenæo plura *Card. Baron.* in *Annal. Eccles.*

3. Zacharias, præerat Lugduni, anno 322. ut scripsit *Ado in Chronico*, & sedit an. 23. sub Severo, Caracalla, & Alexandro Imperatoribus; Pontificibus Romanis Zephyrino, Calisto I. Urbano I. & Pontiano ad annum 6. suæ sedis. *Baronius.*

4. S. Helius, seu Helias Confessor & venerandus senex, magnus Sacerdos, à *Gregorio Turonensi* appellatur, *lib. de Gloria Confessor. cap. 60.* de quo ibidem mirabilem narrat Historiam, de quodam Pagano, qui lapidem Sarcophagum regentem revolvens, animo furandi anulum pastoralem, à S. Helio ita amplexus fuerit, ac non dimiserit, donec die illucifcente, omnibus palam illud sacrilegium innotuisset, & iudicibus apprehensus & ligatus fuerit. Sedit autem ad an. 241. & 251.

5. Faustinus: *Baron. Tom. 2.* eum elaboratè scribit contra Novatianos an. sal. 258. quo tempore eo sine habitu fuit Concilium Lugduni, de quo D. *Cyprian. Tom. 1. epist. 67. ad Stephanum Papam.*

6. Verus.
7. Julius.
8. Thomas, seu Thelomatus.
9. Vocius.

10. Maximus: fortè is, de quo Eucherius in Homilia inter ea, quæ Emiseno tribuuntur.

11. Tetradius.

12. Verissimus: iussu Julii I. Pont. Max. inetravit generali Synodo Sardiceni celebrata an. 345. secundum alios, an. 351. ut Eusebianorum error convinceretur.

13. S. Iustus, vir summe humilitatis ac miræ sanctitatis, floruit sub anno 379. ex Adone Viennensi, & Prophetico scripturionatus, ex Beda, comparuit vocatus ad Concilium Aquileiense, ibique Gallorum Legatus nuncupatus, dicti Concilii præfuit, cui etiam interfuit D. Ambros. Mediolan. Episc. anno 381. *Baron. Tom. 1. lib. eodem anno.*

14. S. Albinus, seu Alpinus, fundator Ecclesie S. Stephani hodie Cathedralis: eius corpus burnatum est in Ecclesia sui nominis secundam quondam, cuius Officium celebratur 17. Kal. Octob. Creditur sedit ad an. 390.

15. S. Martinus, prius Abb. insulæ Barbaræ, fuit discipulus Gregor. Turonens. Episc. Paradisi referente. Sedit ad an. 412. scripsit *Baron. in Martyrolog.*

16. S. Antiochus. Obiit Idi. Octob. & sepultus in Ecclesia Sanctorum Machabæor. 420. episcopus dies festus celebratur 15. ejusd. mens.

17. S. Eligius Confessor, pluribus miraculis effloruit. Obiit 4. Non. Septemb. 424. jacet in prædicta Ecclesia SS. Machabæor. ex *Petro de Natalib. lib. 8. cap. 27.*

18. S. Sicitarius Confessor, de eo Officium celebre fit in Ecclesia S. Niceti Lugduni, in qua exat Capella ejus nomini dicata, ubi ejus corpus jacet, ex *Baron. tom. 6. part. 10.* Ejus memoria recollitur 3. Id. April.

19. Senator; Ecclesiam regebat circa an. 434.

20. S. Eucherius, ex Senatorio ordine oriundus: is cum E Gallia uxore castitatem vovit, & in eremum secessit, postea vero viduata Cathedra, ad eam regendam electus fuit circa annum 440. secundum *Geherina & Paradium*, & obiit an. 452. *Ado in Chronico*: ejus festum adnotatur in Breviar. Lugdunensi 16. Kal. Decemb. Eum *Episc. ad Valerium Cognatum*, plureque libelli & Homilie immortalæ reddiderunt.

21. S. Veranus, sub anno 405. ex Epistola Hilarii Pontif. Max. in *Martyrolog. Bedæ* ai que *Vsuardi* inferitur festum Verani Lugdunensis Archiep. 3. Id. Novemb.

22. S. Patiens. Sedit ad annum 468. 470. 475. Ex *Baron.* ad annum 509. De eo *Sydonius lib. 2. Epist. 10. & lib. 4. epist. 25. & lib. 6. epist. 12.* eum mitificè ludat, Ejus memoria celebratur 11. Novemb.

23. S. Africanus, seu Africanus, claris ortus natalibus nempe Ducis Burgundiae. Lugdunens. Ecclesie, post obitum Patientis, regimen obtinuit, & rexit 4. an. tantum.

24. S. Rufinus: cepit sedere anno 494. Eius festum celebratur 7. Kal. Maji, ex *Breviar. Lugdun.*

25. S. Stephanus 495. Martyrium passus est Lugduni cum Juliano, pridie Id. Februarii, licet ejus Officium celebratur Id. ejusd. mens. ut denotant Martyrologia, Romanum, Bedæ, P. Usuardi, & etiam notavit *Baron.*

26. S. Lupicinus Confessor, ex *Petro de Natalib. lib. 11. c. 230. art. 49.* Martyrium passus est Lugduni 3. Non. Febr. quo die habetur ejus memoria: requiescit in templo S. Justii.

27. S. Viventius, alias Viventius, Concilio Epauensi celebrato per Getulium Papam, an. 497. ex *Vignerio in sua Bibliotheca*, interfuit, etiam Synodo Provinciali Belnensi: in Diocesi Edvensis Provincie, & in Archiepiscopatu Lugdunensi collocatus, anno 509. Festum ex omnib. Martyrologiis celebratur 4. Id. Julii.

28. S. Lupus, sedis exordium habuit, anno 526. & iussu Vigili Pontificis Max. Præful Concilio Aurelianensi 3. Eius festum recollitur 7. Kal. Octob.

29. Leonius, seu Liconius. Alius hujus nominis Leontii fuit Archiepiscopus Burgalensis.

30. S. Sacerdos. Sedit ab anno 546. Præful 6. Aurelianensi Provinciali Concilio, anno 552. quiescit in sua Bibliotheca, interfuit, etiam Synodo Provinciali Belnensi: in Diocesi Edvensis Provincie, & in Archiepiscopatu Lugdunensi collocatus, anno 509. Festum ex omnib. Martyrologiis celebratur 4. Id. Julii.

31. S. Nicetius, Florentini Senatoris filius & prædicti Sacerdotis nepos, cepit regere Ecclesiam, an. 552. Sedit an. 22. ætatis suæ an. 60. videlicet an. 575. obiit: ejusdem festum recollitur 4. Non. April. Lugduni in Collegiali & Parochiali Ecclesia, vulgò S. Nisier. De eo *Gregor. Turonens. Hist. lib. 5. c. 200. & de Gloria Confes. c. 60. multa notata digna.*

32. S. Priscus. Sanctum vocat Addo, ætate 6. anno 573. Primum Capellanus fuerat S. Niceti: à *Gregorio Turonensi* Patriarcha nuncupatur. Quinque Synodos provinciales convocavit, primam Maticoni sub Joanne 3. Pont. Max. an. 12. Guntrami Regis anno 581. secundum *Baronium*: quintam Lugduni, an. 592.

33. Etherius. Interfuit Synodo Pictaviensi, anno 594. *Baron. Tom. 8.* sub eodem anno. De eodem loquitur etiam sub anno 596. cum S. Gregorius Magnus Pont. Max. literis que leguntur lib. 9. epist. monuit, ut avartiam & simoniam Ecclesiasticorum extirparet, *Gregor. Turon.* videtur referre obitum Etherii, an. 8. Regni Theodorici in Burgundia, filii Childeberti Francorum Regis, circa an. 605.

34. Secundinus. Gregor. Tur. citato proximo loco, 20. anno inquit, Etherius Episc. Lugdunens. obiit: ordinatum loco ipsius Secundinus Episc.

35. Delinus. Familiaris fuit venerabili Bedæ, apud quem Roma rediens, Lugduni per tres annos commoratus est, donec violenter occisus fuerit iussu Brunehildis Regine, anno salutis 614. secundum *Baron. tom. 8. pag. 229. & anno 615. secundum Genebrard. Bedæ in Hist. gentis Anglor. lib. 5. c. 20.*

36. Chagnoaldus, Discipulus S. Columbani. Sub ann. 616. secundum *Baron. tom. 8.* Unus hujus nominis fuit Laudunens. Episc. apud *Floardorum. lib. 2. c. 5.* de quo infra in serie.

37. Aridius, seu Arichius. Circa annum 624. fundavit & construxit Ecclesiam Parochialem S. Crucis Lugduni.

38. Teoticus. Circa annum 625. Alter ejusdem nominis fuit Episcopus Lugdunensis 17. ordine, de quo *Floardus lib. 2. cap. 5.*

A 39. Viventius. Prius Abbas sancti Justii. Sedit ad ann. 626. Est & alius ejusdem nominis Rheimens. Archiepiscopus, de quo *Molanus ad Vsuardum 7. Septemb.*

40. Gaudericus. Interfuit Concilio Cabillonensi 1. sub Clodoveo 2. & Eugenio 1. Pontifice Maximo, ad ann. 655. *Genebrardus Chron.*

41. S. Annemundus, Clodovei 2. Francorum Regis dilectissimus, & à Secretis, ob singularem virtutem Lugdunensis Præful factus fuit, an. 660. In itinere innocens interfectus fuit. *Gaguinus lib. 3. hist. 841.*

42. S. Genesius. Prius Abbas Fontivellæ, seu Vvandrefigilli in Normania, uti scripsit *Tremensis de viris illustribus lib. 4. cap. 61.* Eius festivitas habetur in Kalend. Novemb. in Breviario.

43. S. Lambertus, seu Lambertus, Religiosus S. Vvandrefigilli in Normania, & deinde Lugdun. Archiepiscopus. Sedit ab an. 670. *Baron. in Martyrolog.* Anton. Historiam integram Lamberti descripsit, *part. 2. hist. 1. 3. c. 6. §. 1.*

B 44. Ilaac, circa an. 687.

45. Leboynus, circa an. 590.

46. Gadinus, alias Godinus, seu Godinus, circa ann. 694. *Biblioth. Horiæcen. 1. part. de eo.*

47. Fralsus, alias Fealus, Focaldus, vel Eraldus.

48. Malsdabertus, seu Nadalbertus, circa an. 730.

49. Addo. Tempore Caroli Magni, circa ann. 769. Addo Viennensis Archiepiscopus meminit Adonis Archiep. Lugdun. sub an. 792.

50. Liduinus, Elduinus, seu Haldoinus, Nepos Adonis, qui Episcopatu renuncians, Lyoni insulæ Monasterio, monachalem habitum suscepit, circa ann. sal. 796. ut scripsit *Ado Viennens. in 6. atate.*

51. Leidradus, alias Ledradus. Ante adeptum Archiepisc. Bibliothecarius erat Caroli Magni doctissimus. Sedit ab ann. 799. ad an. 814. ex *Adone.*

52. S. Agobertus, seu Agobertus, ann. 815. ad an. 840. quo obiit ad Sanctonas in expeditione Regis, ex *Adone.*

53. Arnulo, vel Hamulus, sub anno 841. *Floardus lib. 3. cap. 21.*

C 54. S. Remigius. Doctissimus fuit & summus fieri Palatii Lotharii Imperatoris Capellanus, seu Magister Regie Capelle, eumque auctorem fuisse Commentariorum in epist. Pauli, que S. Ambrosii tribuuntur, *Maklonus* existimat. Interfuit Synodo Tulensi.

55. S. Aurelianus. Ex nobili genere ortus, antea Abbas Athanensis Lugduni, tempore S. Remigii sedit ab an. 860. In Martyrol. Rom. Lugduni depositio B. Aureliani Episc. 16. Kal. Julii. Ferrus obiit 4. Non. Julii, abque anni nota.

56. Alvalonus, circa an. 895.

57. Aufterius. Habuit Provinciale Concil. Cabillon ad populationem Girardi Episc. Maticonens. an. 915.

58. Ancherius, vel Eucherius. Sedit ab an. 927. obiit 2. Id. Julii, sub anno 946.

59. Guido, seu Vvido, circa an. 935.

60. Bernardus, circa an. 946.

61. Amblardus, vel Amblardus, Abbatiam Athanensem, an. 956. nominis lapsum, pristina splendore restituit.

62. Burchardus, à quibusdam Brocharius, reclusus Burchardus. Orimodus ex illustri Saxon. Principum sanguine, erat enim Conradi Imp. filius, hujus nominis 2. Sedit ab an. 969. ad an. 1025.

63. Odelicus, seu Odoricus. Ferrus sedit circa an. 1042. De ejus electione controversa scripsit *Baron. tom. 10. Annal.*

64. Allmarcus. Ex Abbate S. Benigni Divionensis, à Clero Archiep. electus, & à Gregorio VI. Pont. Max. an. 1045. confirmatus. Romæ Concilio habito interfuit, & ibidem veneno obiit 4. Kal. Aug. an. 1052.

65. Humbertus. Eius sumptibus Pons Araris Lugdun. constructus est ann. 1050. Obiit 3. Id. Maji. Humberto Lugdun. Agnone Augustodunensi 49. & Rudolpho Maticonensi Episcopis, uti scripsit *Gregor. 7. lib. 2. epist. 15.*

66. Gaudredus, circa an. 1071. memoratur in vita S. Hugonis, scripta ab Hugone Monacho, in Bibliotheca Cluniacensi.

67. Hebuinus, alias Gebuinus, & Giboinus. Hujus Primatum confirmavit Gregor. PP. VII. an. 1076. ut dicitur ex *lib. 7. epist. 34. & apud Baron. tom. 10. hist. ann. 1079.* Obiit 14. Kal. Jun.

68. Hugo. Cum Diensis esset Episc. & S. R. Ecclesie Cardinalis, sub Alexandro II. PP. evectus est ad Lugdunensem Archiepiscopatum. De eo *Vincencius Speculi lib. 26. cap. 85.* Obiit in Urbe Salamina, 12. Kal. April.

69. Gauceranus, seu Gozoranus, Jofferanus. Prius Abbas E Athanensis, Palchalem PP. II. ex Italia veniens succupit Lugdun. an. 1112. & sequenti an. idem Sum. Pont. Occumenicam Synodum Trevis celebravit.

70. Umbaldus, alias Umbaudus quondam Hedvensis Archidiaconus. Calixtus II. PP. in ejus gratiam confirmavit Primatum, an. sal. 1121.

71. Aldadus à Platina, Alnolphus, seu Arnolphus, circa an. 1128. Romæ noctu ab impiis Sicariis extinctus est, ob divinas Conciones adversus secleratos, ætatis suæ 64. De eo Antonin. *part. 2. tit. 17. cap. 5. §. 1. & 2.*

72. Petrus, antea Episc. Vivariensis. Sedit ab an. 1131. Innocentii II. tempore, ut ex S. Bernardi primi Abbatis Clarevalensis ep. 171. constat. Obiit an. 1136. Ancone, Legatus in Syriam, ut *Baron. tom. 1. 2. scripsit ex Guil. Tyrio, lib. 5. Belli Sacri, cap. 15.*

73. Fulco. Primò Decan. Ecclesie Lugdunensis, ut ex ep. S. Bernardi supra citata constat, & epist. 165. Sedit ab ann. 1136. ad an. 1142. Obiit 4. Kal. Febr.

74. Amedeus. Primus renunciatus an. 1144. à Cælest. PP.

75. Humbertus II. Creditur sedit ad an. 1151.

76. Eraclius, Apostolice Sedis Legatus, frater Petri Venerabilis, Abbatis Cluniac. uterque magni nominis in doctrina & vite sanctitate, ut constat ex epist. prædicti Petri 5. 13. circa an. 1158. regebat Ecclesiam.

Gregorius, dictus electus, sed quia non inauguratus, videtur omittendus.

77. Drogo, circa an. 1164.

78. Guichardus, circa an. 1168.

79. Joannes I. *Bellifemus, seu Bellemensis.* Primò Episcopus Pictaviensis ad ann. 1181. quo ad Archiepiscopatum Lugdun. provehctus est.

80. Raynaudus de la Tour, à quibusdam Renaudus, seu Renaldus, sedem Archiepisc. assuecit ad, an. 1189. quam rexit 33. an. Sic obiit, an. 1222. 11. Kal. Nov.

81. Robertus de la Tour. Primum an. 1195. Episc. Arvernæ 61. postea circa an. 1230. Archiepisc. Lugdun. Obiit 6. Januarii 1232.

82. Rudolphus, alias Radulphus, primò Monachus Cisterciensis, deinde Episc. Agenensis, tandem Lugdunensis Ecclesie Archiepisc. an. 1235. quam uno mense tantum rexit. Obiit 3. Non. Martii 1236.

83. Americus, alias Americus, Roberti de la Tour nepos, ex Parisiensis Ecclesie Archidiacono, electus est Archiepiscopus Lugdunensis: Ecclesie præfuit ab an. 1236. ad ann. 1246.

84. Philippus de Sabaudia, creatus ab Innocentio PP. IV. an. 1246. quo Lugduni Concilium Generale initum est à prædicto Innocentio PP. IV. Sedit Philippus an. 22. & ad annum 1268. quo anno cessit Archiepisc. & hæreticario jure factus est Comes Burgundie, antea Sabaudie.

85. Petrus, cognomine de Tarantasia, Religiosus Ordinis Dominicorum, & ejusdem Ordinis Generalis, postea Archiepisc. Lugdun. & S. Rom. E. Cardinalis in Concilio Lugdunensi, magnus Penitentiaris, & ad Ecclesiam Hostiensem translatus fuit: tandem Summus Pontifex, dictus Innocentius V. 1276.

86. Aymardus de Rossilon. Cluniacensis Monach. Gregorii PP. X. dilectus, post Petri adeptum purpuratum Castinatus dignitatem, & Hostiensis Ecclesie administrationem, evectus ab eodem PP. fuit ad Archiepisc. Lugdun. an. 1274. quem rexit ad an. 1283.

87. Rudolphus de Terreta, ex Cluniacensi Monacho, Archiepiscopus Lugdunens. creatus, ann. 1284. Obiit ann. 1287.

88. Joannes II. sedit an. 1289.

89. Beraldus de Bloquo, aliis Bertradius Delgel, seu Delgost Vateo.

90. Henricus de Villariis, ex Camerario Ecclesie Lugdun. electus fuit Archiepisc. an. 1296. post Pentecost. Obiit Romæ 15. Kal. Augusti 1301. Interfuit coronationi Ludovici Pii Franc. Reg.

91. Ludovicus de Villariis. Obiit 5. Id. Junii 1308.

92. Petrus III. de Sabaudia. Substitutus in locum Ludovici statim post mortem, nempe mense Decembri ejusdem an. 1308. Obiit an. 1332.

93. Guillelmus de Sura. Antea Cantor Ecclesie Lugd. deinde Archidiacon. tandem Archiepiscopus. ann. 1333. Obiit ann. 1340.

94. Guido de Bononia. An. 1341. 3. Id. Septemb.

A 95. Henricus II. de Villaris, primò Episcopus Viva-
rensis, deinde Valentinianus, tandem Archiepiscopus Lug-
dun. 24. Decembris 1342. à Clemente PP. VI. Possessionem
adeptus an. sequenti. Obiit Lugdun. 7. Kal. Decembris
1355.
96. Raymundus Saguetus, vel Sagueti. Prius Episcopus
Morinensis, hodie Boloniensis, numer. 42. circa annum 1346.
Tandem anno 1356. ab Innoc. VI. PP. creatus fuit Lugdun.
Archiep.
97. Guilielmus II. de Turrejo, Archiepiscopus. an. 1357. Obiit 4.
Id. Maji, an. 1365.
98. Carolus Alenconiis. Primò Religiosus Ord. Prædica-
torum in Conventu Lutetiano, procurante Rege Carolo V.
Religiosi Coniungente, per Gregorium XI. PP. Gallum, in-
vitus & reluctans Archiepiscopus Lugdun. & Galliarum Pri-
mas ordinatus fuit 3. Idus Julii an. 1366. quem rexit ad an. 1375.
quo 3. Non. Julii, in Castro Petre Sciffie, Lugduni obiit, ex *bisfi.
Comitum Alenconii.*
99. Joannes de Talaru, primò major Cufus Ecclesie Lug-
dun. postmodum Decan. tandem Archiepiscopus Lugdun. substitutus
Carolo initio an. 1366. Obiit 8. Kal. Octob. ann. 1392.
tunc S.R.E. Card.
100. Philippus de Thurrejo. Ex Canonico Lugdun. ejus-
dem Ecclesie Præfuit electus fuit initio an. 1393. Obiit 4. Kal.
Decemb. 1415.
101. Amedeus II. de Talaru, Archidiacon. Eccl. Lug. à Clero
elect. ad Concil. Universale Constantiense an. 1414. Eo absente
electus fuit à Capitulo, 9. Decemb. ann. 1415. Archiepiscopus.
Excessit è vivis 3. Id. Febr. an. 1443.
102. Carolus II. à Borbonio, ex Cantore & Canonico
Ecclesie Lugdun. Archiepiscopus factus an. 1466. ex resigna-
tione Joannis Borbonensis avunculi Episcopi Anticenis, ante
à Capitulo electi, non inaugurati. Obiit Lugdun. 13. Septemb.
1488.
103. Andreas d'Espina, an. 1493. mens. Aprilis Archiepiscopus.
Regis Ludovici XII. præceptor factus, cum esset Archiepiscopus
Burdigalensis, ab ann. 1480. Prior S. Martini Parisiensis
29. creatus Cardinalis ab Innocentio VIII. ann. Domin. 1498.
Obiit Lutetia 10. Novemb. 1500.
104. Franciscus de Rohan, Episcopus Andegavensis, & Ab-
bas S. Albini, electus à Capitulo, 3. Idus Febr. an. 1501. Obiit
3. Idus Octob. an. 1536.
105. Joannes II. Lotharingia, antea Merensis Episcopus,
Abb. Clunianensis, Card. Diac. à Leone X. PP. 1518. creat.
Primus ex nominatione Regis Francisci primi in vim Concor-
datorum Archiepiscopus Lugdun. possessionem adeptus est, 3. No-
v. Angulsi, anno 1539. Obiit 6. Idus Maji 1550. antè videlicet
anno 1539. resignaverat Hippolyto Eiteni Cardinali Ferrarienti.
106. Hippolytus Eitenis, Cardinalis Ferratiensis dictus, à
S. Rom. E. Card. à Paulo III. creatus, & ex resignatione
prædecessoris factus fuit Archiepiscopus Lugdun. 4. Kalend.
Martii 1539. postea Archiepiscopus Mediolanensis. Obiit Romæ
an. 1572.
107. Franciscus II. à Turnone, primò Ebrudunensis Archie-
piscopus, deinde Bituric. ann. 1525. postea Lugdun. 1551. & ab
anno 1533. Abbas sancti Germani à Parisiis 68. Obiit in
Castro Regio D. Germani in Laya Silva, 22. April. ann. Chri-
sti 1562.
108. Hippolytus Eitenis, Cardin. Ferratiensis, rursus Ar-
chiepiscopus adeptus est, post mortem Card. à Turnone, an. 1562.
quem rexit ad annum 1571. quo anno resignavit Antonio de
Albone.
109. Antonius de Albone, Savignii Abbas, ann. 1562. ad
an. 1574.
110. Petrus Depinac, doctissimus & eloquentissimus Ora-
tor, Archiepiscopus adeptus est mens. Septemb. ann. Dom. 1574.
Obiit Lugdun. ætatis sue 59. 9. Jan. 1599.
111. Albertus de-Belleure, ex Regis Henrici IV. nomina-
tione à Clemente VIII. bullatus est 4. Kalend. April. an. 8. id est
an. 1599.
112. Claudius de-Belleure, frater Alberti præde-
cessoris, ex cuius resignatione Archiepiscopus factus fuit,
& à Clemente VIII. Romæ confirmatus apud S. Marcum
8. Kal. Octob. an. 1604. cum esset Senator Parisiens. Obiit an.
1612.
113. Dionysius Simon de Marquemont, ex Auditore Sacri
Palatii, seu Rota Romana, Archiepiscopus Lugdun. & Galliarum
Primas factus, possessionem adeptus est 9. mens. Martii, an.
1613. litera Legatione Romam à Ludovico XIII. demanda-

tus, ab Urbano VIII. Rom. Pontif. pileo Cardinali donatur, E
ann. 1620. obitque post 7. mens. Romæ in Palatio, eodem
anno.

114. Carolus III. Miron, antea Regis à secretioribus Con-
siliis, selectus est Romæ abiens, & in Gallias degens, ab Ur-
bano VIII. PP. & in possessionem realem missus, an. 1627. 2.
Februarii.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM
ROTHOMAGENSIS
Ecclesie.

Rothomagus Normaniæ Metropolis, à verbo Roth nomen
sumit, que statua eo loci antiquitus adorabatur; deinde à
S. Mellone II. Archipræfule Rothomagensi everta est. In ipsius
loco templum ad veri Dei cultum & honorem constructum,
& in Priorem Canonorum Ordinis S. Augullini erec-
tum, cui nomen S. Lo indictum est. Ex his autem voca-
bulis Roth, & Magi, filii Samothei primi Cætarum & totius
Galliæ, Rothomagensis Urbis fundatoris, nomen Rothoma-
gum emanavit.

I. B. Nicasius, Rothomagi fuit primus Episcopus, de quo
*Orderic. Vitalis. Anglica Cænobii Uticens. Monach. in
bistor. sua Ecclesie Hist.* ab Incarnatione Salvatoris, ad an. 1140.
lib. 5. De Urbe Rothomagensi, & eodem Nicasio primo Anti-
fite scripsit. Martyrio coronatus est tempore Domitiani Imp.
Post cuius Martyrium vacavit sedes ad ann. 265. quo S. Mello
successit.

2. S. Mello, seu Mellonus. Volente Deo, Pont. Cathedram
obtinuit. Tempore Eusebii PP. & Melchias claruit: 11. Kalen.
Novemb. ad Dominum migravit, & in Crypta in Basilica
S. Gervasii Mart. extra Urbem sepultus diu jacuit.

3. Avidianus, fivè Avicianus. In Concilio Arelateni 2.
subrogatur, quod factum est tempore Silvestri Pape. sub Con-
stantino Augusto, qui cepit imperare anno ab Urbe condita
1051. Tunc Nicæna Synodus 18. Patrum celebrata est: inter
quos Nicolaus Myrtheorum Licie, aliique excellentissimi
Prælates micuerunt.

4. Severus. Subrogatur 325. 15. an. tempore Constantini
& Constantii, sub Marco PP. & Julio floruit. Hoc tempore
Maximus Treverorum, & Hilarius Pictavorum, Athanasius
Alexandrinorum, Eusebius Vercellensium, & Dionysius Me-
diolanensium Præfules, ut alia clauerunt.

5. Eusebius, in Concil. Agrippinensi fuit subrogatur. 841.

6. Marcellinus. Subrogatur 366.

7. Petrus, 385.

8. Victoricus. Familiaris fuit Innocentio summo Præfule,
ut ejus Epistola testatur: ad hunc scribit Paulinus Episcopus
Nolanus, per quem dicit Morinos & Nervios ad fidem con-
vertos fuisse: subrogatur an. 405.

9. S. Innocentius, subrogatur 417. 9. an. tempore Papatum
Zosimi, Bonifacii, & Celestini, sub Honorio & Theodosio
Archadii filio viguit. Tunc Synod. Ephesina 200. Episcopo-
rum (cui Cyrillus præfuit Alexandrinus) aggregata est.
ad Scotos in Christum convertendos, ordinatus à Papa Celesti-
no, Palladius primus Episcopus mittitur.

10. S. Eudodus, 426. subrogatur, 7. an. tempore Celestini &
Sixti Paparum floruit.

11. S. Silvester, 430. subrogatur, 8. an. tempore Leonis PP.
Clodione & Metevo regnantibus in Francia, claruit.

12. Mallinus, seu Mallonius, 442. sub Martiano & Valenti-
niano, 9. an. viguit, quod tempore Leo PP. contra Eutychem & Dio-
scorum, apud Chalcedonem, Synodum 130. Episcoporum ce-
lebravit.

13. Germanus, five Guyanus, 451. in Concil. Chalcedon.
& Turonensi I.

14. Crecentius, subrogatur 459.

15. S. Hildardus, frater S. Medardi Episcopi Novionensis
ambo eadem die nati, eadem sacra Episcopi, eadem vita
functi; de his nempe Adeoanus sic cecinit:

*Hi sunt Hildardus fratres gemini atque Medardus,
Vna dies natos vero vidit que sacros
Albis indutos & ab ista carne solutos.*

Nectardo Novionensi patre, & Protagia matre nati sunt,
amboque 6. Idus Junii, an. 488. ad Dominum migraverunt, an. 4.
Pontificatus.

16. Flavius, an. 35. tempore Symmachi, Hormidæ, Joan-
nis, Felicis, Bonifacii, Joannis, & Agapiti PP. sub Anastasio
& Justino seniore, ac Justiniano floruit. Interfuit Concilii
Arelateni 1. & 2. 498.

A 17. S. Prætextatus, an. 42. tempore Agapiti, Sylvetii, Vigi-
lii, Pelagii & Joannis PP. sub Justino, Tyberio & Constanti-
no, floruit an. 534. Interfuit Concilio Turonensi 2. Parisiensi 1.
& Aurelian. 5.

18. Melantius, an. 582. an. 12. rexit Ecclesiam, tempore Pe-
lagii, Benedicti, & Gregorii Magni Doctores, Mauricio I.
Greecorum Romanis imperante; sed indignè, quia proditor
Prætextati (ut ferunt) Magistri fui fuerat, quem Fridegondis
uxor Chilperici Regis occidit fecerat.

19. Hildulphus, an. 594. 28. annis rexit Ecclesiam, tempore
Gregorii Magni Doctores, Saviniani, Bonifacii, Deudeclit,
Bonifacii, & Honorii; imperantibus Mauricio, Foca & Era-
clio claruit.

20. S. Romanus, an. 622. rexit Ecclesiam 13. annis, tempore
Honorii, Severini, & Joannis PP. Eraclio regnante: miraculis
coruscavit, decimoque Kalend. Novembris, ad Dominum
gloriosè tranfit.

21. S. Odenus Dado, vulgò S. Oven, an. 635. Regis Da-
goberti Cancellarius, à quo privilegium prædictum S. Romani,
vulgò *de la Fiere de Rovin*, obtinuit. Rexit Ecclesiam 43.

B an. 22. Aubertus, 677. 18. annis claruit.

23. Grippus, 695. an. 24. tempore Joannis, Sifnii, Constanti-
ni, & Gregorii PP. floruit.

24. Rotolandus, five Batilandus, 719. 3. annis, tempore Gre-
gorii II. floruit.

25. S. Hugo, confobrinus Pipini Regis Francorum, præ-
fuit Ecclesie Parisiensi & Bajocensi: an. 722. electus est Ar-
chiepiscopus Rothomagensis.

26. Robertus, five Rothbertus, 4. an. tempore Gregorii II.
PP. imperante Constantio floruit.

27. Grimus, subrogatus an. Dom. 733. 4. an. tempore Gre-
gorii PP. III. viguit.

28. Ragenfridus, five Ragenfridus, subrogatur an. Domini
738. Episcopus Zacharia PP. 3. nominatur.

29. Remygus, patrus Caroli Magni, 745. Hunc *Aemilius*
vocat Caroli filium, lib. 2.

30. Martellus, seu Medardus, 772. an. 8. tempore Adriani
PP. claruit.

31. Gilbertus, 780. 48. an. tempore Adriani, Leonis, Ste-
phani, & Pachelis PP. claruit.

32. Ragnoardus, 829. an. 10. tempore Eugenii, Valentini
& Gregorii IV. PP. sub Theophilo Augusto floruit.

33. Gumbaldus, 838. 11. an. tempore Gregorii & Vir-
gii PP. Michæle Augusto, Theophili filio, imperante vi-
guit.

34. Paulus, 849. 5. an. tempore Sergii PP. sub Michæle Au-
gusto claruit.

35. Vvanilo, 859. 11. an. tempore Leonis, Benedicti, &
Nicolai PP. floruit.

36. Adalardus, nepos Guimbaldi, 868. 2. an. tempore Ni-
colai PP. viguit.

37. Riculfus, 869. 3. an. tempore Nicolai & Adriani PP.
floruit.

38. Joannes, 872. 2. an. Rothomagensis præfuit.

39. Victo, seu Vuito, 875. uno an. Ecclesiam rexit, tempore
Adriani PP. & Basilii Augusti.

40. Franco: hic Rollonem baptizavit, 875. 44. an. tempore
Joan. Martini, Adriani, & Stephani PP. floruit.

41. Guntharius, 919. an. tempore Romani, Armeniaci,
D. Augusti, & Constantini claruit.

42. Hugo, Monachus S. Dionysii, habitu, non opere, 942.
47. an. Præfuit functus est.

43. Robertus, Richardi primi filius, 989. 48. ann. Archie-
piscopus Rothomagensis, & Comitatus Ebroicensis,
tempore Roberti Regis Franciæ & Henrici filii ejus
rexit.

44. Malgerius, ejus nepos, 1037. Ob culpam deponitur.

45. Mauritius, seu Maurilius, 1055. Deposito Malgerio,
Metropolitani apicem ascendit, & 12. an. tempore Victoris,
Stephani, Nicolai, & Alexandri floruit.

46. Joannes, prius Episcopus Abincensis, an. 1067. inde ad
Archiepiscopatum assumptus est, an. ab Incarnatione Domini
1069. & 8. an. remigine suo functus fuit.

47. Guilielmus Cadomensis, ad tutandam Rothomagen-
sem Ecclesiam monasterio adductus, & à magno Gilberto
Ebroicensi Episcopo consecratus est: gregem sibi commissum
32. an. gubernavit.

48. Guafredus, seu Gouffredus, an. 1110. Ecclesiam 17. an.
rexit.

*Hucusque Ordericus Vitalis Præfuit Monachus, qui ali-
ter lib. 12. fol. 888. scripsit, Gouffredum an. ab Incarn. Dom.
1128. agrotasse, & post diuturnam ægritudinem 7. Kal. Sept.
hominem exuisse.*

49. Hugo Ambianensis, Monach. Cluniacensis, Abbas Ra-
dingensis, factus est Archiepiscopus. ann. 1130. Liem Oldericus eo-
dem lib. 12.

50. Rotrodus, Episcopus Ebroicensis prius, 1164. Sige-
bert. 1166. adiut levationi corporis S. Firmiti 1157. Sige-
bert.

51. VValterus, 1183.

52. Robertus Pullus, 1207. Reginaldus contra Albigeos,
fuit 1207. Guagnin.

53. Theobaldus, 1222.

54. Mauricius, antea Saisiens, deinde Episcopus Cænoma-
nensis, per an. 16. tandem Archiepiscopus Rothomagensis, 1231.

55. Petrus de Collomedio, elegit 1236.

56. Odo, Abb. S. Dionysii, 1247.

57. Odo Rigault, Ord. Frat. Minor. 1248. *Antoin. cap. 9.
tit. 24. part. 2. Histior.*

58. Guilielmus de Flava Curia, 1278. Lingonensis Episco-
pus.

59. Bernardus de Vasconia, 1306. Hic Clementis VI. sum-
mi Pont. nepos.

60. Egidius Assalini de Bellamera, Arver. 1307. Cardi-
nalis ab Innocentio VI. antea Episcopus Morinensis, tandem
Archiepiscopus Avenionensis.

61. Guilielmus de Duro Forti, Vasco, subrogatur 1318.

62. Petrus Rogerii de Malo-Monte, de Malmone, Monach.
professi Lutetie Theol. Magist. assumpto, primò Archiepiscopus
Arelatenis, postea Senonensis, tandem an. 1340. Rothoma-
gensis constitutus fuit. Cum à Benedicto XII. PP. Presby-
ter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei creatus fuisset an. 1337. tan-
dem Pont. Max. anno 1342. renuncians est 5. Maji, & Cle-
mens VI. dictus est: à Petrarca liberalissimus Pont. dicitur.
Obiit Avenione 6. Dec. 1351.

63. Aymericus Guenaut, Turonen. prius Episcopus. Antifiodo-
rentis 1338.

64. Nicolaus Rogerii, nepos suprascripti Petri Rogerii,
1342. PP. Clementis VI.

65. Joannes de Marignaco. A Clemente prædicto PP. de
Episc. Bellovacensi transferatur 1347. ad Archiepisc. Rothomag.

66. Petrus de Foresta, Monach. & Abbas S. Dionysii, prius
Episcopus Tornacensis, Franciæ Cancellarius Regis Joannis,
anno 1355. ab Innocentio PP. VI. Presbyter. Cardinalis tit. XII.
Apostolorum factus, peste Avenione moritur mens. Junii, an-
no 1361.

67. Guilielmus de Flava Curia, Auxiens. Archiepiscopus, 1356.

68. Philippus de Alenconio, prius Bellovacens. Episcopus. Fuit
etiam S.R.E. Card. Patriarcha Aquilejensis, & Episcopus Ostiens.
Obiit an. 1402.

69. Petrus Judicis, Archiepiscopus Narbonens. prius 1376.

70. Guilielmus de Leirangis, 1376.

71. Guilielmus de Vienna, in Conc. Constant. 1378.

72. Ludovicus de Harcuria, 1386.

73. Joannes de Rupefilla U. J. D. ab officiali Rothoma-
gensi ad Episcopatum S. Papuli, & Patriarchatum Aquilejen-
sem promotus est in Conc. Constantiensi, circa annum 1415.
postea Episcopus Parisiens. & paulò post ad Rothomagensem Ec-
clesiam Metropolitanam electus est à Martino V. Obiit Bona-
niæ in Legatione, an. 1437.

74. Hugo de Orgis. Prius Episcopus Cabilonensis, 1432.

75. Ludovicus de Luxemburgo. Prius Episcopus Morinens.
Concil. Basiliens. interfuit, 1436. Presbyter. Cardin. SS. Qua-
tuor Coron. an. 1439. ab Eugenio V. Obiit 1443.

76. Rudolphus Rouffel, Canonicus Rothomagensis, electus
à Capitulo, 1443.

77. Guilielmus d'Estoutevilla, Decretorum Doctor, Mo-
nachus & Prior Monasterii S. Marini à Campis, Paris. Episcopus.
Morinensis, post Andegavensis, deinde Biterrensis, postremò
Archiepiscopus Rothomagensis. Roma mortuus est octogena-
rio major, cum vixisset in Cardinalatu 38. ann. Cardinalium
Collegii Decan. S. R. E. Camerarius, & Archiepiscopus S. Ma-
ria Majoris, an. Dom. 1482. 11. Kal. Febr.

78. Robertus de Croismare, Canonicus Rothomagensis, elec-
tus à Capitulo Archiepiscopus, an. 1482.

79. Georgius de Amboia, prius Archiepiscopus Narbonens.
postremò an. 1494. Rothomagensis. S.R.E. Card. creat. ann. 1498.
ab Alexand. VI. tit. S. Xysti. Obiit Lugduni Idus. Maji 1511.
ibi que sepultus.

- A 80. Georgius de Ambrosia, prædicti nepos, ex Archidiacono Archiepiscopus effectus est, an. 1509.
- 81. Carolus a Borbonio Princeps, prius Episcopus Nivernenfis, deinde Bellocensis, S.R.E. Card. tit. S. Chryfogoni, & Abbas S. Germani à Pratis Parisiensis. Obiit in Carcere Fontaneti Comitibus, oppidi Pictavorum, 9. Maji 1590, propter bellum civile, natus 67, annis.
- 82. Carolus a Borbonio, S. R. E. Cardinalis, Vindomensis dictus, prædicti Caroli nepos, possessionem personalem adeptus est 23. Maji an. 1599.
- 83. Carolus a Borbonio, Henrici IV. Galliarum & Navaræ Regis frater naturalis, antea Episcopus Lectorensis. Obiit an. 1610.
- 84. Franciscus S. R. E. Cardinalis à Joyeuse nuncupatus, creatus à Gregorio PP. 13. 9. Decemb. 1583. Collegii Cardinalium Decan. & Gallie Romæ protector: vitam finivit 7. Augusti, an. 1615, cui successit
- 85. Franciscus Harleus de Chantalun, nobilis genere, sed nobilitate virtute: hoc an. 1625, feliciter cedit.

B SERIES ARCHIEPISCOPORUM TURONENSIS Ecclesie.

Urbs Turonensis, vulgò Turo, à Ptolomeo Casarodunum dicta, in terra Lugdunensi trans Ligerim sita est, omnibus facultatibus & divitiis referta est, ædificiisque superbis adornatur.

- 1. S. Gatianus, vel Gratianus Episcopus, an. Imperii Decii primo à Romanæ sedis Papa transmissus est: in qua Urbe multitudine Paganorum idololatriis dedita commorabatur: de quibus nonnullos prædicatione sua converti fecit ad Dominum: in hac Urbe tali conditione, ut ferunt, an. 50. commoratus, obiit in pace, & sepultus est in ipsius vici Cæmeterio, quod erat Christianorum. Obiit an. 308. post cuius obitum sedes Episcopalis vacavit an. 37.
- 2. S. Liborius, an. Imperii Constantis primo, ordinatur Episcopus. Hic ædificavit Ecclesiam primam intra Urbem Turonicam, cum jam multi Christiani essent: primaque ab eo ex domo cuiusdam Senatoris, Basilica facta est. Hujus tempore S. Martinus in Gallis prædicare exortus est. Sedit autem an. 23. & obiit in pace, sepultusque est in supra scripta Basilica, quæ hodieque ejus nomine vocatur.
- 3. S. Martinus, anno 8. Valentis & Valentiniani Episcopus ordinatur, egregius SS. Trinitatis prædicator exstitit: Quarè ab Hereticis, eò quod sanctam Trinitatem intrepidus prædicaret, virgis caesus, atque expulsus de Italia, in Gallias accessit: multos paganos converti fecit, templa eorum, statuasque confregit, fœcique multa signa in populo, ita ut ante Episcopatum duos fuscitaret mortuos, post Episcopatum autem, unum. Consummato præsentis vite cursu, obiit apud Candariensem Vicum Urbis, sive anno 81. ætatis: de quo vico navigio sublati, Turonis est sepultus, in loco, quo nunc adorat sepulchrum ejus: de cuius vita tres à Severo Sulpitio libros conscriptos legimus. Sedit an. 26. mens. 4. & vacavit Sedes an. 20.
- 4. Briccius, ordinatur Episcopus an. Arcadii & Honorii II. cum pariter regnarent. Fuit autem Civis Turonicus, cui 33. Episcopatus an. crimen adulterii est imputatum à civibus Turonicis, qui expulso eo, Justinianum Episcopum ordinarunt: Briccius verò se ad Papam dirigit. Justinianus autem post eum abiens apud Urbem Verellensem, obiit. Turonicis iterum malignantes, Armentium statuerunt; Briccius verò septem apud Papam an. degens, immunis inventus à crimine, ad Urbem suam redire iussus est. Fecerunt omnes an. Episcopatus ejus 37. obiitque & sepultus est in Basilica, quam super Sanctum Martinum ædificavit.
- 5. Eustochius ordinatur Episcopus, vir sanctus & timens Deum, ex genere Senatorio. Sedit autem an. 17. & sepultus est in Basilica, quam Briccius Episc. super sanctum Martinum struxerat.
- 6. Perpetuus, de genere & ipse (ut ajunt) Senatorio, dives valdè, & per multas Civitates habens possessiones.
- 7. Volstanus, ordinatur Episcopus, vir sanctus, & valdè dives, propinquus & ipse Perpetui Episcopi prædecessoris sui: sedit autem an. 7. mens. 2.
- 8. Virus, Episcopus creatur: & ipse pro memorata cause zelo suspectus habitus à Gothis, in exilium deductus, vitam finivit, facultates suas Ecclesiis & benè meritis dereliquit. Sedit autem an. 11. d. 8.

- 9. Licinius, civis Andegavus, qui ob amorem Dei in Orientem abiit, sanctaque loca revisit: exinde digressus, Abbatibus officio in Monasterio, ubi Sanctus Venantius Abbas sepultus est, functus, ad Episcopatum eligitur. Sedit autem an. 12. mens. 2. d. 25.
- 10. Theodorus & Proculus, jubente beata Chrodieldæ Regina, subrogantur, eo quod de Burgundia jam Episcopi ordinari, ipsam secuti, & ab hostilitate de Urbibus suis expulsi fuissent. Erant autem ambo fenes valdè, rexeruntque Ecclesiam Turonicam simul an. duobus, & sepulti sunt in Basilica S. Martini.
- 11. Dinisius, per electionem præfati regis ad Episcopatum accessit: Sedit autem mens. 10. & sepultus est in Basilica sancti Martini.
- 12. Ommatius, de Senatoribus civibusque Avernis. Sedit an. 4. mens. 5. obiitque.
- 13. Leo, ex Abbate Basilicæ S. Martini, ordinatur Episcopus. Fuit autem faber lignarius, sciens etiam turres holochrysoctas. Sedit autem mens.
- 14. Francilio, ex Senatore ordinatur Episcopus, civis Pictavus, habens conjugem, Claram nomine, abque liberis tamen. Sedit autem an. 2. mens. 6. obiitque & sepultus est in Basilica eadem.
- 15. Injuriosus, civis Turonicus. Hic instituit Terriam & Sextam in Ecclesia dici, quod modo in Dei nomine perseverat. Sedit autem an. 16. mens. 11. d. 26. obiitque & sepultus est in Basilica S. Martini.
- 16. Baudinus, ex referendario Clotharii Regis, ordinatur Episcopus, habens & filium & multos elemosynis præditus. Sedit autem an. 5. mens. 10. obiitque, & sepultus est in Basilica supra dicta.
- 17. Guntharius, ex Abbate Monasterii S. Venantii, ordinatur Episc. Sedit autem an. 2. m. 10. d. 22. cessavitque Episcopatus an. uno.
- 18. Eufronius Presbyter, constituitur Episc. vir egregie sanctitatis, ab ineunte ætate Clericus. Sedit autem ann. 17. Obiitque ætatis 70. cessavitque Episcopatus d. 19. Ad eum scripsit Fortunat. *proemium lib. 3. Poematum.*
- 19. Gregorius, creatus ordinaturque fuit Episcopus sub Christi annum 575, ut ipse de se prodidit *Miraculor. S. Martini cap. 1. Anno, inquit 172. post transiitum S. Martini Antistitis, Sigebero gloriosissimo Rege 12. anno regnante, post excessum S. Euphronii Episcopi, &c. onus Episcopale indignus accepit.*
- 20. Peladius, Archiepiscopalem sedem tenuit an. 7. mensis uno.
- 21. Leupicanus, vel Leupicarius, an. 610. Sedit ann. 12. mens. 2.
- 22. Agricus, aliàs Aignicus, sedit an. . . m. 2.
- 23. Ginalus, vel Ginalus, an. 626. Sedit an. 1. m. 3.
- 24. Sigiliacus, aliàs Sigiliacus, an. 628. Sedit an. 2. m. 8.
- 25. Lebardus, vel Leobaldus, an. 629. Sedit an. 6.
- 26. Medegisilius, vel Medegisidus, an. 635. Sedit ann. 11.
- 27. Latinus, sedit an. 13.
- 28. Corigisilus, sedit an. 2.
- 29. Ragobertus, sedit an. 11.
- 30. Papolenus, sedit an. 5. m. 2.
- 31. Grobertus, sedit an. 25. m. 11. An. 675. Ecclesiam B. Martini libertate donavit, ut notant chartæ ejusdem Ecclesie.
- 32. Bertus, an. 695. Sedit an. 15. m. 11.
- 33. Peladius II. an. 710. Sedit an. 4. m. 3. d. 10.
- 34. Euarthus, an. 713. Sedit an. 9.
- 35. Ibo, an. 721. Sedit an. 8.
- 36. Gunthranus, an. 728. Sedit an. 11. m. 2.
- 37. Dido, aliàs Vido, an. 738. Sedit an. 1. m. 1.
- 38. Ringambertus, vel Ragobertus, an. 744. Sedit ann. 28. mens. 5.
- 39. Aubertus, an. 752. Sedit an. 15. d. 5.
- 40. Ostaldus, an. 767. Sedit an. 12.
- 41. Eulébuis, sedit an. 20.
- 42. Herlingus, an. 793. Sedit an. 27.
- 43. Joseph, an. 820. Sedit an. 23. m. 5.
- 44. Laudrantius, vel Laudracinus, aliàs Laudramius, an. 844. Sedit an. 14. m. 6. tempore Ludovici Pii, Caroli Magni filii, ut videtur est *lib. 2. cap. 25. Anscilii Abbatis.*
- 45. Ursinatus, an. 847. Sedit an. 11. m. 6.
- 46. Landramus, sedit an. 4. sub Carolo Calvo Rege. De eodem Landramo, vide *Lupum Ferrarionsem Abbatem in epist.*

- A 47. Amalricus, an. 853. Interfuit Synodo habitæ apud Divorum Medardi & Sebastiani Monasterium, prope Sueffonium Urbem, præsentæ Carolo Calvo Rege. Sedit ann. 4. mens. 11.
- 48. Herardus, an. 858. Interfuit & subscripsit Synodo à Pontifice habitæ, & an. 866. ipse Herardus cum Nanuejensi & Cenomaneis Antistitibus Electramum ordinavit, & ad Pontificalem sedem Redonenfis Ecclesie consecravit. Sedit ann. 15. mens. 3.
- 49. Actardus, an. 871. Sedit an. 3. m. 2.
- 50. Adalaudus, ann. 874. Sedit an. 26. mens. 4. De eo vide *Tribat. Odonis Cluniacensis Abbatis*, de reversione B. Martini à Burgundia.
- 51. Hebernus, an. 887. Sedit an. 27. mens. 4.
- 52. Robertus, an. 916. Sedit an. 3. m. 3.
- 53. Therolus, vel Theotolus, vir sanctissimus, miraculis post mortem claruit. Sedit autem an. 13. mens. 4. Obiit an. 945. *Plodardus.*
- 54. Joseph II. Sedit ann. 11. mens. 2. dies 28. De eo fit mentio in Catalogo Archiepiscoporum, qui est inter chartas Capituli S. Martini Turonenfis.
- 55. Frothinus, vel Proterius, an. 965. Sedit an. 3.
- 56. Haroinus, sedit an. 17. m. 10.
- 57. Arehombaudus, sive Arehambaldus, sedit ann. 986. & Archiepiscopalem sedem tenuit an. 18.
- 58. Hugo, an. 1002. Religiosus Ordin. S. Bened. Infirmis gravi detentus, Episcopatum abdicavit, & recipitur in Monasterio Cluniacensi à S. Petro Abbate, ut videtur est *lib. 10. epist. 11. ejusdem Abbatis.* Sedit an. 18. m. 3.
- 59. S. Arnulphus, an. 1018. Sedit an. 31. m. 10.
- 60. Bartholomæus de Faya, an. 1058. Sedit an. 13. mens. 6. Interfuit coronationi Philippi I. Francorum Reg. 24. Maji an. 1050.
- 61. Radolphus I. an. 1094. Sedit an. 21. m. 10.
- 62. Radolphus II. sedit an. 17. m. 8.
- 63. Gilbertus, an. 1119. Sedit an. 7.
- 64. Hildeberus, Monachus Cenobii Cluniacensis, & S. Hugonis Abbatibus Discipulus, ex Episcopo Cenomaneis, quem Episcopatum reterat 29. an. Turonens. Archiepisc. electus est, an. 1127. Episc. scripsit ad Honorium II. PP. & alios, & alia opera, quæ extant in Bibliotheca Cluniacensi nuper edita. Sedit an. 6. m. 6.
- 65. Hugo II. an. 1134. ad an. 1149. Sedit an. 14. m. 6.
- 66. Eugebaldus, vel Emolaudus. Sedit ann. 1149. Obiit 1157. Sedit an. 9. m. 3.
- 67. Jolicinus, aliàs Josue, an. 11. Eo sedente an. 1163. Alexander III. Pont. Max. Turonium profectus est, ubi Concilium habuit in Ecclesia S. Mauriti, nunc S. Gatiiani dicta, cui interfuerunt 17. Cardinales, multi Archiepisc. Episc. Abbates, & alii Antistites, inter quos numeratur ipse Jolicinus. Sedit an. 16.
- 68. Bartholomæus Vindocinensis, qui interfuit Concilio Rhemenfis, an. 1173. sedit an. 32. m. 6. d. 15.
- 69. Gantridus de Lauda, sedit an. 1. m. 3. d. 3.
- 70. Joannes de Faya, nepos Bartholomæi, sedit an. 1211.
- 71. Ivelus de Mareselon, postea Archiepisc. Rhemenfis, qui an. 1244. post Concilium Lugdunenfe ad bellum sacrum profectus est.
- 72. Martellus.
- 73. Petrus de Lamballa.
- 74. Vincentius de Pilemi.
- 75. Joannes de Monteforelli.
- 76. Bucardus Dain.
- 77. Ragus de Monte Bafonis.
- 78. Gaofridus de Haya.
- 79. Stephanus de Burgolio. Andegavens. an. 1333. Fundavit Collegium, quod vulgò Turonense dicitur, Lutetia Parisiorum, & obiit an. 1336.
- 80. Petrus Fretand.
- 81. Philippus Blanche.
- 82. Symon Rensin, vivebat an. 1377.
- 83. Segimus, Patriarcha Antiochen. sedebat an. 1386.
- 84. Alleimus Brestel.
- 85. Guido de Roya.
- 86. Segimus d'Authon: fuit etiam Patriarcha Antiochen. & sedit regnante Carolo VI.
- 87. Amaluis de Mallo, aliàs de Brolio.
- 88. Jacobus Gelu, unus ex Electoribus Martini V. Pont. Interfuit Concil. Constantiens. an. 1417.

- 89. Philippus de Coetquis, prius Episcopus Leonensis in Britania, ubi natus erat, literis tum sæcularibus, tum Juris utriusque, ac divinis Ecclesie eruditus, & eloquentissimus, Regis Caroli VII. multoties Orator & Legatus ad summum Pontificem & Germaniam aliaque nationes exteras, maxime ad Concilium Basiliense, in quo à Felice V. Pontif. 12. Nov. an. 1440. in 3. creatione Cardinalium, Presbyter Cardinalis creatus: tanti fuit ingenii, ut Romæ Gallus Gallorum vocaretur. De eo amplius *Bartholomæus Argentinus in Historia Britannie Armorice.*
- 90. Joannes Bernardi Turonensis, sedebat an. 1448.
- 91. Gerardus de Gruffol, anno 1466. Anno sequenti interfuit generalibus Regni Comitibus Turoni habitis, sub Ludovico XI.
- 92. F. Elias de Bourdeille, Religiosus Ordinis Minorum, maximus Theologus, primò Episcopus Petragoricensis, postea Archiepiscopus Turonensis, & Presbyter Cardinalis TT. S. Luce in Silice, an. 1482. à Xysto IV. creatus. Obiit mensis Julio, anni sequentis. Post mortem claruit miraculis.
- 93. Robertus de Lenoncourt: postea fuit Archiepiscopus Rhemenfis, an. 1508. Obiit an. 1533.
- 94. Carolus de Caretto, S.R.E. Cardinalis, Archiepiscopus Thebanus, Romæ mortuus an. 1514. 14. Kal. Dec.
- 95. Christophorus de Brilac, ann. 1504. Episcopus Aurelianensis, ex resignatione Francisci avunculi: tandem Archiepiscopus Turonensis.
- 96. Martinus de Beaune, Turonensis, ann. 1520. Jacobi de Beaune, Baronis de S. Blansay, Vicecomitis Turonensis, & Joannæ Rufæ uxoris filius fuit.
- 97. Antonius de la Barre, an. 1524.
- 98. Georgius Cardinalis de Armeniaco. De eo vide seriem Archiep. Tolosanorum.
- 99. Stephanus de Poncher, an. 1552. Vide *Joan. Tillium in Commentariis, præcipue in tractatu de sessione Magnatum Fr.*
- 100. Alexander Cardinalis de Farnese, Petri Aloysii Parmæ & Placentiæ Ducis filius, à Paulo III. Pontifice ejus avo Dion. Card. S. Angeli pronuntiatus an. 1534. Obiit anno 1569. atq. 69.
- 101. Simon de Maille de Breze, Monachus Ord. S. Benedicti, Abb. de Oratorio de Loroux, Archiepisc. creatur an. 1560. Vir fuit ut natalibus, sic rara eruditione insignis, à quo, mensis Maio, an. 1583. Casaroduni Turonum Synodus Provincialis inchoata, & Septembri proximo Andegavi perfectæ fuit. Obiit an. 1597. Ejus Elogium scripsit *Sævola Sammartian. Questor. Francia lib. 4. Elogiorum.*
- 102. Franciscus de le Guesle, Senator Parisiensis. Conventus sacri Ordinis permittit Regis Henrici Magni Lutetia habitus est, à quo delegatus ad ipsum idem Franciscus de le Guesle in comitatu multorum Antistitum, qui erat facultia & doctrina præditus, gravem habuit orationem. Obiit anno 1614.
- 103. Sebastianus de Galigai, Italus, post obitum parentis, Franciæ Marschalli, omnibus honoribus destitutus est, & ei successit
- 104. Bertrandus Deschaux (antea Bajonensis Episc.) anno 1618. Archiepisc. Turonensis, à Rege Ludovico Justo, cui à consiliis est, & primus elemosynarius, creatur an. 1619. Ab eodem Rege cum aliis tribus Antistitibus, Ordin. S. Spiritus Commendator, ut vulgò vocant, creatus est. Sedere pergit hoc an. 1625.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM ECCLESIE SENONENSIS Metropolitanæ. Sen.

Ptolomeus in descriptione Gallie scribit sub finem; Senonensem Civitatem Ethnice tunc Gallie, quæ deinde Christiana habitata est, totius Franciæ Metropolitanæ & Capitulum Evangelii splendore illustrata, sanctorum Christi Discipulorum Saviani & Potentiani, atque Alistri ministerio, quos B. Paulus ad Senonensem populum, ad eum ab errore revocandum gentilitatis, ab Urbe Romana delegavit, sub medium Imperii Claudii Cæsaris, circa an. 45. Atque ideo à prædicto Paulo Apostolo S. Saviniani primus Senonum Antistes Primatus titulo decoratus fuit, ut scripsit *Antonin. part. 1. Hist. tit. 6. cap. 25. ac postea Aulegillus 51. Præsul. tit. Primatus Galliarum & Germaniæ vindicavit, an. 876. Legatur Baron. tom. 1. Annal. an. 69. t. S. Sal.*

A 1. S. Salvianus, ex Christi discipulis, à B. Petro missus est in Galliam, sub medium imperii C. Iulii Caesaris, & circiter annum à Christo nato 45, ut eam Idololatriæ deditam, ad Christum & verum lumen adduceret: ab eodemque Primatem Gallie constitutum esse, refert *Antoninus cap. 25. lib. 6. 1. part. Historiarum*. Capite truncatur pridie Kalendas Januarii an. 74, cui S. Potentianus successit. Vide *Baronius Annal. tom. 1. an. 69.*

2. S. Potentianus Martyr, an. 75. Passi sunt etiam cum illo Alinus, Erdaldus & Serotinus, socii in vita, morte, & sepulchris: quorum corpora an. Dom. 840. translata sunt ab Anquille Genilone hujus civitatis ad Basilicam B. Petri vicinam; ubi audite sunt voces Angelicæ ut chori pialentes; ut ait *Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 25. in Catalogo Sanctorum.*

3. Leontius, præfuit an. 28. qui sedem suscepit an. Dom. 78.

4. Severinus, sive Severus, in Concilio Agrippinensi: adfuit an. 29. sedem suscepit an. 103.

5. Audatus, præfuit an. 32. sub Sixto Pontifice: sedem suscepit an. 126.

6. Eraclius, præfuit annis 40. obiit anno 201. sedem suscepit an. 161.

7. Lunatus, sive Lucianus, præfuit an. 36. obiit 239. electus an. 201.

8. Simplicius, præfuit an. 42. obiit an. 279. eligitur an. 238.

9. Polycarpus, fit Episcopus, an. 270. Monasterium construxit in honorem SS. Gervasii & Prothasii, juxta Regulam S. Basilii, consocii & amici, cum exularet in Phrygia.

10. S. Ursicinus, ann. 310. cujus festum 24. Julii celebratur.

11. Theodorus, creatur an. 356. obiit an. 389. præfuit an. 29.

12. Siclinus, sive Sardinus, præfuit an. 28. obiit an. 421. Sepultus fuit in Monasterio Sanctorum Gervasii & Prothasii Martyrum, lapsi & bellorum injuria solo æquato.

13. S. Ambrosius, præfuit an. 35. obiit an. 455. cujus festum 3. Sept. celebratur.

14. S. Agricius, seu Agracius, obiit an. 487. cujus festum 13. Julii ad eum Sydonius Apollinaris scripsit Epist. 7. lib. 5.

15. Eraclius, obiit an. 520. adfuit tempore Clodovei in Concilio Chalcedonensi: hic Ecclesiam in suburbio construxit in honorem S. Joannis Evangelistæ, ubi Moniales posuit, ibique sepulchri est.

16. S. Paulus, Eraclii frater, obiit an. 569. cujus festum 9. Julii celebratur: jacet in sepulchro fratris.

17. Leo, præfuit an. 23. interfuit Concilii Aurelianensi 2. & 3. an. 536. 540.

18. Constantinus, sive Constantius, in Concilio Parisiensi, circa an. 559.

19. S. Arthemius, in Concilio Maticonensi, an. 589.

20. S. Lupus, illustribus parentibus ortus, floruit ann. 613. avunculos habuit Austrennum Aurelianensem, & Autharium Antifiodorensem Episc. omnia bona sue Ecclesiæ paternæ legavit. Obiit an. 631.

21. S. Sevecius, tempore Clotharii Regis obiit an. 623.

22. S. Amatus, an. 672. à Theodorico Rege affligitur, & ab Ebroino pellitur, *Sigeb.* & obiit in Flandria, an. Dom. 690. diu in exilio vexatus.

23. Medericus, sive Medericus, qui rexit 5. ann. ædificasse S. Symphoriani Ecclesiam in Senonensi suburbio fertur, & in ea sepulchrum fuisse, an. 631.

24. Hildegarus.

25. Auripertus, obiit an. 627.

26. Ementarius in Concilio Cabilonensi Armentarius ponitur: obiit an. 650.

27. Arnulphus.

28. Lamdebertus, sive Lambertus, Monach. Monasterii Fontanelle, Ord. S. Benedicti, doctrina & morum gravitate venerabilis, floruit ann. 700. *Tritemius lib. 4. cap. 71. de vitis Monach. Ord. S. Bened.*

29. S. Haymo, sive Emno.

30. S. Vvirannus, sive Vviriphanus, *Meyer. in Chron. Religiosis ejusdem Ord. Valco. Tritemius scribit eum coronam accepisse æternam, an. 720. eod. lib. cap. 73.*

31. Gericus, præfuit tribus an.

32. S. Ebo, vel Obbo, Monachus & Abbas S. Petri Vivi, Senonis Gerici, cujus fuit successor, nepos, an. 735. vir sanctissime vitæ & religionis eximia: obiit an. 750. Pontific. an. 15. *Tritemius.*

33. S. Honobertus, obiit an. 755. qui sedem suscepit an. 750.

34. S. Hornulphus, superioris pater, moritur ann. 761. qui præfuit 6. an.

35. Menulphus, seu Merulphus, an. 761. quo receptus est, transferuntur ad Ecclesiam regendam.

36. Otherus, sive Ochibertus, S.R.E. Card. an. 762.

37. Lupus II, creatus an. 762.

38. VVilarius, fit Episcopus an. 764. obiit an. 769. qui & Vviruarus dicitur.

39. Goteicalus, præfuit an. 4. obiit an. 773.

40. Gombertus, an. 773. obiit an. 778. sub Carolo Magno.

41. Serenus, inceptit an. 778. præfuit an. 7.

42. Petrus, constituitur an. 784. præfuit an. 3.

43. VVincebaudus, cepit an. 786. præfuit an. 7. qui & Guilebodus dicitur.

44. Venerandus, vel Bernardus, an. 792. præfuit an. 3.

45. Renobertus, sive Roymbertus, ordinatur Episcopus an. 795.

46. S. Magnus, an. 804. tempore Caroli Magni, præfuit an. 14.

47. Hieremias, Monachus, Episcopus an. 819. obiit circa an. 830.

48. S. Aldricus, Monachus, Abbas Ferratiensis Cœnobii, obiit an. 842. cujus festum 8. Junii celebratur, sanctitate ac miraculis huc usque claruit.

49. Genilo, SS. Saviniani, Potentiani, Alimi, Martyrum, corpora in Ecclesiam S. Petri transfuit, obiit an. 865.

50. Egilus Monachus & Abbas Monasterii S. Salvatoris de Prunna in agro Trevirensi, creatus Archiep. an. 865. an. 6. rexit Ecclesiam, obiit 871. *Tritem. ubi sep.*

51. Anselgus, Monachus & Abb. Laubienfis in Hannonia, à Joanne VIII. summo Pont. primatum Galliarum & Germanie sibi vindicavit, ann. 872. obiit an. 878. rexit Ecclesiam ann. 8. *Tritem. lib. 5. cap. 86. Scripsit multa opera.*

52. S. Erurardus Monachus, obiit an. 887.

53. Galerius, obiit an. 923. Hic Eudonem consecravit Roberti Andegavensis filium. *Guaguinus.*

54. Galerius II, obiit an. 927.

55. Odaldus, seu Adaldus, obiit an. 933.

56. Guilielmus, Monachus S. Petri Vivi, creatus an. 933. obiit an. 938.

57. Gelanus, sive Gerlandus, Monachus S. Germani Antifiodorensis, obiit an. 946.

58. Vindemannus, sive Hildemannus, Monachus S. Dionysii rexit Archiepiscopatum an. 13. obiit an. 959.

59. Archambaudus, obiit an. 966.

60. Anastasius, præfuit an. 2.

61. Severinus, vel Seginus, aut Senuinus, præfuit 22. an. temporibus Hugonis Capeti: obiit an. Dom. 998.

62. Leontorius, obiit an. 1031. qui sedem suscepit an. 1000. Hic Civitatem à Bernardo Tyranno liberavit, in quam Robertus Rex intravit. *Guaguinus.*

63. Gildinus, seu Gelduinus, Parisiensi genere creatur, an. 1033. obiit an. 1050.

64. Maynardus, Episcopus, prius Trecentis, deinde Archiep. Senonensis, rexit Ecclesiam an. 12. obiit an. 1062.

65. Richerius, obiit an. 1096. post cujus obitum vacavit sedes tribus an.

66. Dimbertus, an. 1099. Episcopus, creatur, *Baronius ample tom. 1. an. 1099. n. 67.*

67. Gilbertus, constituitur an. 1110. Hujus temporibus fundata est Claravallis Abbatia, Ordinis Cisterciensis, cujus primus exiit Abbas B. Bernardus: unxit Aurelius Regem, Ludovicum Grossum, an. 1109. obiit an. 1144. *Tritem. in Chron. Epist. 170. de eo.*

68. Hugo, hic Regiam consecravit invito, Samone Rhe-mensi Archiep. rexit Ecclesiam 26. an. obiit ætate consecratus 3. Non. Feb. 1169.

69. Guilielmus, primò Sanctonensis Episcopus, S. Rom. Eccles. Cardin. ab Alexandro tertio, & S. Sedis per Galliam Legatus constitutus est: tandem Archiepiscopus Rhe-mensis.

70. Guido, rexit Ecclesiam 17. annis: obiit an. 1194. Regiam uxorem Philippi Regis unxit apud Sanctum Dionysium. Obiit an. 1194.

71. Michael, Decanus Ecclesiæ Parisiensi, frater Reginaldi de Corbelio, Episcopi Parisiensi. Obiit an. 1199. postquam 5. an. rexit Ecclesiam.

A 72. Petrus de Corbelio, anno 1221. prius Episcopus Cameracensis, in Parisiensi Academia Theologie Professor, cum maxima laude. De ejus postulatione & electione est Decretalis Innocentii III. Decano & Capitulo Senonensis de postulatione. Prælat. ext. Adversus hæreticos Albigenes certavit. Obiit an. 1226. 3. Junii.

73. Galterus Cornutus, Margaritam uxorem S. Ludovici Senonis coronavit, an. 134. palatium Archiepiscopalem ædificavit, 19. an. Ecclesiam rexit. Obiit 11. Kal. Maji 1241.

74. Gilo, qui Egidius Cornutus dicitur fuit, frater superioris, rexit Ecclesiam 8. an. Obiit 1254.

75. Henricus Cornutus, Gilonis nepos, ex Archidiacono Archiepiscopus Senonensis electus est. Obiit an. 1258. 12. Kalend. Nov. Veneno è coquo sublatu.

76. Guilielmus de Burcia, cessit Episcopatum Petro de Charney, an. 1267. & obiit an. 1269.

77. Petrus III. de Charny, primò Canonicus, postea Decanus Ecclesiæ Senonensis, & Diocesis Officialis, ab Urbano IV. Pont. Gallo, cuius erat Camerarius, Archiepiscopus creatus fuit. Obiit an. 1274.

78. Petrus IV. de Anifisco, prius Canonicus Antifiodorensis Ecclesiæ, & Senonensis Thesaurarius. Obiit an. 1275.

79. Gilo Cornutus II. qui & Egidius dicitur, Galerii & Gilonis nepos, sedit 18. an. obiit an. 1292.

80. Stephanus Becard, peractis in Episcopatu an. 18. obiit an. 1309.

81. Philippus, frater Engerani de Marigny, Franciæ Questoris, seu Thesaurarii, prius Episcopus Cameracensis. Obiit Lutetiæ an. 1325.

82. Guilielmus de Melduno, sedit 4. annis tantum. Obiit an. 1329.

83. Guilielmus II. de Brufcia, antea Archiepiscopus Bituricensis: scripsit contra Petrum de Canebris pro jurisdictione Ecclesiastica. Obiit an. 1338.

84. Petrus Rogerii de Malomonte, Lemovicensis, Religiosis Ordinis S. Benedicti, prius Abbas Filcanensis, deinde Episcopus Arebatenfis, postea Philippi Valesii Regis postulatione (cujus erat à Consiliis) Archiepiscopus Senonensis, creatus an. 1338. paulo post Rothomagensis Archiepiscopus, tandem Summus Pontifex electus, Clemens VI. dicitur. De eo plura in *serie Summorum Pontificum inter Episcopos Italiae.*

85. Philippus de Meloduno, frater Guilielmi, prius Catalaunensis Episcopus, sedit 4. an. obiit 1345.

86. Guilielmus de Meloduno, Philippi nepos, obiit anno 1375.

87. Audemarus, sive Adomarus Robert, Lemovicus, Arebatenfis antea Episcopus, deinde Morinensis, obiit an. 1384.

88. Gonterius de Baingnes, Caroli V. Regis à Secretis fuit, postea Episcopus Caenomanensis, obiit an. 1386.

89. Guido de Roya, tandem Rheimensis Archiepiscopus, à Gregorio XI. Papa (qui antea Senonensis Ecclesiæ Archidiaconus fuerat) obiit 1390.

90. Guilielmus de Dormano (de Dormans) prius Episcopus Meldensis, Regis Caroli VI. postulatione & Imperii, Archiepiscopus Senonensis creatus, primò fuerat summæ Parisiensi Curie Regius Patronus, tum Regis à Consiliis & Curie Juvaniarum, seu Vestigialium preses, qui obiit 2. Octobr. an. 1405.

D 91. Joannes de Monteauro, prius Carnotensis Episcopus, post Gerardii fratris supplicium arma cepit contra Regem; in prelio Atincuriano contra Anglos occisus, an. 1415.

92. Henricus de Samoy, Ecclesiæ Senonensis Canonicus, Lingonensis Decanus, Curiaque Juvaniarum Præses. Obiit an. 1422.

93. Guilielmus de Nanton, Abbas S. Germani Antifiodorensis, obiit an. 1432.

94. Ludovicus de Melun, Henrici de Samoyi ex forete nepos, obiit an. 1474.

95. Tristandus de Sallazard, antea Meldensis Episcopus, obiit an. 1474.

96. Stephanus de Poncher, natus Tutoris, prius Episcopus Parisi. dein Gallie Procancelarius, seu Sigilli magni Custos, an. 1514. Ordinationes Synodales edidit ad Cleriui reformationem, ann. 1524. quo anno moritur. Rexit Ecclesiam 42. ann.

97. Antonius à Prato Episcopus Albiensis, deinde Archiepiscopus Senonensis, Regis Francisci I. nominatione; Regis Francisci I. Cancellarius, ab an. 1514. obiit an. 1535.

98. Ludovicus de Borbonio, Cardinalis Pranestinus, Re-

gii sanguinis Princeps, Archiepiscopus creatur an. 1535. nominatione ejusdem Regis: rexit Ecclesiam 22. an. Obiit 11. Martii 1557.

99. Joannes Bertrandus Tholofanus, in eadem Curia Propriarius, Sigillique magni Regii Custos, & S.R.E. Card. à Paulo IV. an. 1557. Rexit Ecclesiam 3. an. Venetiæ Regis Legatus, obiit 4. Decemb. 1600.

100. Ludovicus à Lotharingia, cum S.R.E. Cardinalis Tit. S. Nicolai in carcere Tulliano, Cardinalis, Guitius vulgò dicitur esset, Archiepiscopatum Senonensem regia nominatione adeptus est, an. 1560. atque factus Albiensis Episcopus, Archiepiscopatu cessit post duos an. in favorem D. Nicolai de Pellevé, tunc Ambianensis Episcopi, retenta pensione. Mortuus est Ludovicus 28. Martii 1578.

101. Nicolaus Pelleveus, prius Episcopus Ambianensis, deinde an. 1561. Archiepiscopus factus Senonensis, & S.R.E. Cardin. tandem Rheimensis Archiepiscopus. Obiit Lutetiæ an. 1594.

102. Reginaldus Belnensis, egregiè à puero literis Græcis & Latinis institutus fuit: Mimatensis Episcopus creatus: primò deinde an. 1581. Archiepiscopus & Patriarchæ Bituricensis & Aquitanicæ Primas, an. 1588. in Blesensibus Conitiis pro sacro Ordine verba fecit; & tempore belli civilis constantissimè fidem servavit Henrico III. ut & Henrico IV. quem post & salutaribus montis intravit, cum ad Catholicam Ecclesiam rediit an. 1593. & in Ecclesia S. Dionysii Sacrum solemne audiit: & an. 1592. dimisso Archiepiscopatu Bituricensi, Senonensis Archiepiscopus & magnus Regis elemosynarius factus est; tandem Lutetiæ obiit an. 1606. & in Ecclesia Cathedrali sepultus, tumuli honore decoratur.

103. Jacobus Cay, antea Episcopus Ebroicentis, Presbyter Cardinalis S. Agnetis titulo in Agone, vulgò Cardinalis du Perron dicitur, creatus 9. die Junii an. 1604. à Clemente VIII. Fuit etiam supremus Regis elemosynarius. Vestigia decessoris fecerat, difficillimis bellorum civilium temporibus Regem Henricum Magnam secutus est: & an. 1595. Romam missus, ut ei absolutio nem ab eodem Clemente VIII. Pontifice obtineret; quod feliciter consecit. Quinquennio post, ann. videlicet 1600. celebris inter eum & Philippum Mornavum Plesieum qui librum de Sacra Eucharistia, & de veteri Ecclesiæ sacrificio Gallicè ediderat, ad Fontenellaquam, coram ipso Rege Henrico Magno, disputatio habita; in qua Mornavus tanquam Gallicus convictus est: quod magnam eidem Illustrissimo Cardinali famam attulit, ita ut flagellum hæreticorum dicitur fuit: vita hac defunctus est, mense Septemb. an. 1618.

104. Joannes Cay, ex resignatione fratris Cardinalis du Perron: cujus exemplo multa edidit pro Religione Catholica ad immortalitatem victura monumenta. Fuit unus ex delegatis Regiis an. 1620. ad Christianiss. Reginam Mariam Medicæ, cujus amplissimi Antifistis interventus, res feliciter & bono publico transacta est. Obiit an. 1621.

105. Octavius de Bellegarde, ex Episcopo Conferanensi, & Abbate S. Germani Antifiodorensis, an. 1623.

SERIES EPISCOPORUM PARISIENSUM.

Ex lib. Antiquit. Parisiens. Jacobi Byl.

Lutetia in Parisiensi agro sita, solo omnium rerum abundantissimo, medio ferè fluvio Sequana secatur; & cum insula olim esset, nunc in utroque litore Sequanae, in dextro quidem Urbs vasta atque ingens, in sinistro Universitas apposta est. Cesar lib. 7. Comment. Lutetia (inquit) oppidum est Parisiorum positum in insula fluminis Sequanae.

1. S. Dionysius Areopagita; qui ab Apostolo Paulo instructus, primò Athenis ab eodem Apostolo Episcopus est ordinatus. At ibi stabilita religione Christiana, à B. Clemente IV. Romano Pontifice in Gallias missus ad predicandum Evangelium Dei, & fidem Orthodoxam promulgandam, primò Meldensem Urbem appulit, ibique religionis Christianæ fundamentis jactis, Lutetiam pervenit, in qua S. Dionysius Galiorum Apostolus nuncupatus, verbum Dei predicavit populis à fide Christi alienis. At postquam per annos aliquot sanctum opus fideliter & ardentè exsecutus est, nonagessimum annum agens, comprehensus, & cum eo SS. Presbyter Eleutherius & Rulficus Diaconus gladio & securi martyrium compleverunt 7. Idus Octob. ann. 1209. Eutarista Papa, Adriano Imperatore. *Baron. in Annal. lib. 34. 52. & 120.*

A 2 Mallo.
 3. Massus: hunc scripsisse martyria SS. Dionysii, Rustici, & Eleutherii, refert *Demochares lib. 2. de Sacrificio Missae*, p. 18. quae non extant.
 4. Marcus.
 5. Adventus.
 6. Victorius: an. 359. Concilio Agrippinensi interfuit, & post etiam Sardiceni.
 7. Paulus.
 8. Prudentius: sepultus est in Crypta S. Genovefae, ut apparet ex eisdem historia Gallicae scripta: fit memoria ejus in vita S. Marcelli successoris, die 1. Novemb.
 9. S. Marcellus: obiit an. Dom. 436. Vitam ejus ad Fortunato Episcopo descriptam habes *10.6. Surii de sanctis die 1. Novemb.*
 10. Vivianus.
 11. Felix.
 12. Flavianus: sedebat circiter hunc an. quo S. Germanus Antistiodorensis Episcopus, Britanniam petens, Nanmethodoro vico Parisino hospitatus est, S. Genovefae natali solo
 B 13 Ursicinus.
 14. Apedinius: sedebat circa an. 450.
 15. Eraclius interfuit Concilio Aurelianensi primo.
 16. Probanus.
 17. Amelius. Hic Concilio Aurelianensi 2. & 3. subscripsit, ut videre est *tom. 2. Conciliorum*: Et secundum quidem celebratum est sub Vigilio PP. an. 22. Childeberti Regis: tertium sub eodem PP. an. 26. dicti Regis.
 18. Libanus. Hic, teste *Demochare*, Missam celebrans, Annæ uxori Ebroini, facie consuecane divinitus apparuit.
 19. S. Germanus, Aduensis, seu Augustodunensis oriundus, primò Abbas S. Symphoriani in Urbe Aduensis, deinde S. Germani à Pratis Parisiis, quæ Abbatia antea S. Vincentii olim dicebatur, & postea ab eodem Germano Abbate nomen accepit; tandem Episcop. Parisiensis. Interfuit Concilio Turonico 2. an. 577. Senio consecutus, Hierusalem profectus, inde reversus, vita functus est, an. Christi 578. die 5. Kalend. Junii, quæ incidit in 28. Maji. *Gregor. Turon. Histor. Franc. lib. 4. cap. 51. lib. 8. cap. 3.* de miraculis post mortem ejusdem S. Germani, & de gloria Confessorum cap. 90. C & 92.
 20. Rhagnemodus: ejus meminit *Gregorius Turon. lib. 5. hist. cap. 14.* Interfuit Concilio Maticonensi 2. tempore Chilperici Regis, & obiit an. 595.
 21. Eusebius: de eo *Gregor. Turon. lib. 10. hist. Franc. cap. 26.* Eusebius quidam negotiator, genere Syrus, datis multis muneribus, Rhagnemodi in locum subrogatus est.
 22. Faramundus.
 23. Saphoratus, alias Saphoratus: subscripsit Concilio Aurelianensi 5. an. Dom. 652. & Vigiliis Papæ XIII. celebrato. Hic in Concilio Parisiensi 2. ob crimen admittum, & confessum, depositus fuit, & in Monasterium ad vitam detentus sub Pelagio PP. I. & Childeberto I. Rege Francorum. *Vide tom. 2. Conciliorum Coloniae, an. 1606. impressum.*
 24. Simplicius.
 25. S. Cerannus claruit tempore Dagoberti II. Francorum Regis, an. 671. *Ex additionibus Jo. Molani, ad Martyrologium Yfuari.*
 D 26. Leutherius.
 27. Aubertus, alias Audoberus. Hic fuit tempore Clodovei II. filii Dagoberti Regis: siquæ de eo seorsum mentio in vita S. Babolenti Abbatis.
 28. S. Landeicus, an. 5. Clodovei II. filii Dagoberti, erat Christi 660. *Vide Molanum supra.*
 29. Robertus: *tom. 7. Surii, die 27. Jan. c. 2. vite S. Bathildis*, appellatur Chrodobertus: fuitque contemporaneus ejus S. Audoonis Rothomagensis Archiepiscopus, regnante Clotario III. Clodovei II. filio, *tom. 6. Surii de Sanctis, die prima Decemb.*
 30. Sigrobandus.
 31. Importunus.
 32. Agelbertus, alias Agilbertus, Monachus Ordin. sancti Bened. de quo loqui videtur *Venerabilis Bedæ lib. 3. Histor. Angl. c. 7.* Electus fuit an. Dom. 661. secundum *Tritem. lib. 4. de viris illust. Ord. S. Bened. c. 142.*
 33. Sigofridus.
 34. Tutnaldus.
 35. Adulphus.

36. Bernecharius.
 37. Hugo I. Hujus gesta scripsit Baldricus ex cartulario Parisiensis Ecclesie, an. 722. factus est Archiepiscopus Rothomagensis.
 38. Metecidus.
 39. Fedolius.
 40. Ragnicaptus.
 41. Deodefridus.
 42. Enkanradus I. Sedebat an. 822. perduravitque usque ad an. 830.
 43. Ermanfredus.
 44. Ynchadus. Hic dicitur lumen oculorum perdidisse præ nimia fenectute, & an. 839. obiisse, qui fuit ultimus Ludovici Pii Imp.
 45. Erkanradus II. ann. 845. nam interfuit electioni Hincmari Episcopi Rhemensis hoc an. factæ, ut scribit *Floardo. lib. 3. Hist. Ecclesie Rhemensis c. 1. pag. 98.* Adfuit etiam Concilio Aquefisi.
 46. Aneas: de ejus electione agit *Lup. Ferrariensis epist. 98.* Hic corpus S. Mauri à Glanafolio ad Fossatensem locum, an. 868. allatum suscepit, propriisque humeris usque ad præcipuum altare tulit.
 47. Angelinus.
 48. Gozlinus, Episcopusatum adeptus an. 885. Obiit, teste *Reginone lib. 2. Chron. an. Domini. Incarn. 887.* inter ipsas Pariticae obfidiōnis preffuras.
 49. Anchericus, alias Anchericus, Monachus S. Germani, *lib. 2. Bellor. Parisiæ Urbis*, quibus ipse interfuit. *Regino lib. 2. Chron. sub an. Dom. 887. legit Hachricus.*
 50. Theodolpus: claruit tempore Caroli Simplicis Francorum Regis, an. 911. ut notat *Demochares.*
 51. Fulradus, præfidebat an. 922.
 52. Adelelmus, fedit an. 16. obiit 937. fuit filius Balduini Calvi Flandriae Comitit.
 53. Galterus.
 54. Albericus.
 55. Constantinus.
 56. Gariuus.
 57. Lyfiardus, five, ut alii, Elyfiardus: de eo *Yvo Carnotensis epist. 58.*
 58. Raynaldus, melius Reginaldus, an. Dom. 988. Erat dumtaxat Cancellarius Francia, sed non multò post, Episcopatum est adeptus.
 59. Albertus, alio nomine dictus Alcelmus. Obiit an. 1020. 9. Kal. Septemb.
 60. Franco, prius Decan. Parisiensis Ecclesie, obiit 8. Kal. Augusti.
 61. Ymbernus, an. Dom. 1030.
 62. Gausfredus, ex Cancellario Francia, renunciatus Episcopus.
 63. Guillelmus I. electus fuit an. Dom. 1097.
 64. Fulco I. ex Decano Ecclesie Parisiensis, factus est ejusdem Episcopus.
 65. Galo, prius fuit Abb. S. Quintini Belvacensis. Obiit 7. Kal. Martii: ordinatus fuit Episcopus Parisiensis, anno Domini 1105.
 66. Gilbertus.
 Post hunc Episcopatum foris in Episcopatu successit Guillelmus II. Vmberti Comitis Maurienne filius, & Adele Regina Francorum, Ludovici Crassi uxoris frater, qui obiit an. 1130. *Vide Yvonnem Carnot. Episc.*
 67. Stephanus, Philippi I. Francorum Regis Cancellarius, an. 1107. sed & Ludovici Grossi, cujus impulsu Canonici à Rege Ecclesie Parisiensis immunitatem & jurisdictionem inter claustra impetrarunt. Obiit an. 1140. 4. Kal. Augusti.
 68. Theobaldus, Monach. Cluniacensis: præfite cepit Ecclesie Parisiensis an. 1143.
 69. Petrus Lombardus, Episcopus Parisi. Possessionem adeptus est, an. Dom. 1159. ex cessione Philippi Ecclesie ejusdem Archidiacon. Regis Ludovici VII. fratris. Inter Theologos hujus temporis primus, ex selectis orthodoxorum Patrum, ac præsertim D. Augustini sententis, compendiosum Theologiae opus contexit, quod Sententiarum libros vocat: Unde & ipse Magister Sententiarum appellatus. Obiit 13. Kal. Aug. an. 1164.
 70. Mauritius de Soliaco, parentibus ita & pauperibus & indigenis natus, ut coactus fuerit mendicare. Sic tamen elemosynis vivendo operam studiis navavit, ut inter Theologos Pa-

E

A Parisiensis Academiæ primus habetur. Rexit Ecclesiam 35. an. De eo *Antonin. cap. 9. tom. 10. part. 2.* Hic inter præclara opera sua, Ecclesiam cum præerat, à fundamentis extruxit: & duos pontes lapideos condidit, unum super Sequanam, alterum super Matronam. Idem quatuor Abbatis fundavit, & dotavit: vita functus an. 1196. 11. Sept.
 71. Odo de Soliaco, ex nobili stirpe de Sully, Henrici de Soliaco 67. Bituricensis Archiepiscopi frater, ex Cantore sub fratre suo Henrico, Bituricensi Archiepiscopo, factus Episcopus Parisiensis: fuit consanguineus Henrici Regis Angliæ: indeque Francorum Regnum linea generis propinquiore contigit. *Petrus Bleffensis epist. 126.*
 Inter alia illius elogia, istud Epitaphium inferitur:
*Presulis hujus erat, quod habens hæc tempora raro:
 Mens sincera, manus munda, pudica caro.*
 72. Petrus Camb. Episcopatum, in Saracenos profectus, reliquit an. Domini 1217. & triennio post, anno scilicet 1220. obiit.
 73. Guillelmus de Castro Silliguiaco, Altiiodorensis Episcopus, fedit an. 12. deinde Episcopus Parisiensis, iusti Honorii III. Papæ an. 1220. ad Episcopatum Parisiensem transfugavit, uti scripsit *Robertus Altiiodorensis Monach. in suo Chronico.* Fuit libertatis Ecclesie mirabilis defensor. Obiit, ut refert *F. Petrus Buretean. Calestius Cennensis*, an. Dom. 1221. *Demochares in lib. de Sacrificio Missæ*, scripsit, cum obiisset an. Dom. 1223.
 74. Bartholomæus, obiit an. Dom. 1227. è Cartulario Fossatensis. Et vacabat sedes adhuc mense Septembri.
 75. Guillelmus 3. fuit primus Arvernensis Episcopus, rigidus, multorum librorum scriptor. Obiit Kal. April. an. Dom. 1248. feria 3. post ramos Palmarum.
 76. Galterus 2. de Castro Terrici (fortan Theodoric) vulgo Chasteau Thierry.
 77. Reginaldus de Corbolio, frater Petri Senonensis Archiepiscopi. Hujus animam cæcos ascendisse, Odo Bajocensis Episc. vidit. Obiit an. 1258. 8. Idus Junii.
 78. Stephanus 2. dictus Tempier, præfite cepit an. Dom. 1258. & obiit an. 1279.
 79. Ranulpus, alias Ranulphus, Normannus, secundum C. Democharem. Obiit an. Dom. 1288.
 80. Simon Matiphæ de Bucy, antea Suesionensis Episcopus: obiit an. Dom. 1304. 4. Kal. Junii.
 81. Guillelmus 4. dictus Baufetu, de Aureliaco, in Arvernia oriundus: obiit an. Dom. 1320.
 82. Stephanus 3. de Borreto, eodem an. institutus: obiit an. 1326.
 83. Hugo 2. de Bisancio (de Befanzon) via Spiritus S. electus est Episcop. an. Dom. 1326. Obiit 29. Julii 1332.
 84. Guillelmus 5. de Chanaco dictus, ex Archidiacono Majori Ecclesie Parisiensis, creatur à Joanne XXII. PP. Episc. Parisiensis, an. Dom. 1332. die 18. Augusti. Collegium Michaelis, alias de Chanaco & de Pampadour, fundavit, quod quidem Guillelmus de Chanaco Cardinalis & Episcopus Mimatensis relictus auxit. At an. 1342. Patriarcha Alexandrinus factus, Fulconi Nepoti suo Parisiensem Episcopatum resignavit. Mortuus 3. Maji 1348.
 85. Fulgo de Chanaco, ex resignatione avunculi Guillelmi à PP. Clemente VI. Episcopus Parisiensis factus, an. 1342.
 D 86. Audoenus, alias Audoinus: præfite cepit an. 1349. sub Clemente VI. fit Episcopus Antistiodorensis, an. 1350. ut notat *Demochares.*
 87. Petrus 3. de la Forest, prius Tornacensis Episc. Cæpit præfite an. 1350. Cardinalis Gallicæ Cancellarius, & Archiepisc. Rothomagensis obiit an. 1353.
 88. Joannes 7. de Meulant, prius Noviomenis Episcopus: possessionem adeptus est, an. 350. obiit an. 1363.
 89. Stephanus 4. de Parisi. Possessionem adeptus est an. 1363. sub Urbano V. Obiit 1373. 16. Kal. Nov.
 90. Americus de Magnaco (de Maignach) Cardinal. Tit. S. Eusebii factus an. 1385. à Clemente VII. Obiit Avenionæ, an. 1385. 12. Kal. Apr.
 91. Petrus 4. d'Orgemont, Parisiensis, prius Episc. Morinensis, tandem Paris. Obiit an. 1409.
 92. Gerardus 1. de Montecatuo, Paris. Episcop. prius Pitæviensis.
 93. Joannes 2. Breviscope, alias Brevis coxæ, S. Theo. D. Receptus fuit Episc. Parisi. 1421. postea fit Ep. Gebennensis. 1422. L. B. T. beav. via Human. Tom. 111.

94. Joannes 3. de Rupe-sciffa. Hic anno Dom. 1424. die 4. Martii, dedicavit Lutetia Ecclesiam Parochialem S. Petri de Assis.
 95. Joannes 4. de Nanto, obiit an. 1438. in Ecclesia Parisiensi sepultus.
 96. Jacobus du Chastellier, obiit 1438. Templum S. Pauli dedicavit Parisi. 1432.
 97. Dionysius 2. de Molendino. Hic fuit etiam Patriarcha Antiochenus, quem consecravit Laudunensis, Noviomenis, & Albigenis Episcopi. Natus Meldis: obiit Tolosanum Archiepisc. 1447. 15. Sept.
 98. Guillelmus 6. Chartier, prius Episc. Bajocensis, consecratus an. Dom. 1447. obiit autem an. 1482.
 99. Ludovicus de Beaumont, Episcopatum Parisiensem per obitum Guillelmi Chartier vacantem, abiens nec expetens, à Ludovico XI. Francorum Rege (cujus erat consiliarius) habuit, eumque piè & laudabiliter an. 20. rexit, moriens die 4. Julii, an. 1492.
 100. Gerardus Gobaile, prius Episc. Suesionensis. Obiit an. Dom. 1494.
 101. Joannes 5. cognominatus Simon, Parisiensis. Obiit an. Dom. 1502.
 102. Stephanus 5. de Poncher, Turonensis, postea Archiepiscopus Senonensis, sigilli magni Regii cultos, sive Procancelarius an. 1514. At an. 1519. Archiepiscopus Senonensis electus est, ultima mensis Julii: obiit an. 1524.
 103. Franciscus de Poncher, Turonensis, Stephani nepos, obiit Vicenisi.
 104. Joannes 6. du Bellay, S. R. E. Card. Presbyter. tit. S. Ceciliae, post S. Adriani, deinde S. Chrylogoni, à Paulo III. an. 1535. & à Julio III. tit. S. Chrylogoni. Romæ mortuus an. 1533.
 105. Eustachius de Belay, in Episcopatum Parisiensem inauguratus, an. 1551.
 106. Guillelmus 7. Violle. Ex Consiliario Parlamenti Parisiensis, ejusdem Urbis Antistes factus est. Nondum integris duobus mensibus, totidemque annis expletis, animam in suo Episcopatu egit. die Martis 4. Maji, an. 1567.
 107. Petrus de Gony, prius Episcopus Lingonensis, postea Episc. Parisiensis, 19. Martii 1570. Card. Presbyter. tit. S. Trinitatis in Monte Pincio, Prior Cardinalium Presbyterorum Florentin. creatus à Sixto V. 18. Decemb. 1587. Obiit 7. die Martii, an. 1616. Lutetia, octogenario major.
 108. Henricus de Gony, per resignationem patris sui Petri de Gony, factus est Episc. an. Dom. 1598. A Paulo V. Pontifice, S. R. E. Card. creatur, de Retz nuncupans, Regis Ludovici XIII. beneficio, qui propria manu in Ecclesia Cathedrali, die Dominica 19. Maji 1618. Cardinalis insignia tradidit: anno sequenti prid. Kalen. Jan. ab eodem Rege electus est in Ordinem S. Spiritus, cum quatuor aliis Antistibus. Obiit 1622. 3. Aug.
 109. Joannes Franciscus de Gony, Henrici frater ex Decano, & Abbate S. Albini, primus sedis hujus Archiepiscopus factus à Gregorio XV. infante Ludovico XIII. Francia Rege 1622. attribuitis ei Suffraganeis tribus, Carnotens, Aurelianensis, & Meldensis antiquæ Senonum Metropoli detractis. Consecraturque 1623. 19. Feb. Parisi.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM RHEMENSIIUM.

Civitas Rhemensis est antiquissima & celeberrima, Duracorum vulgò dicta, ab Ethico in suo Itinerario, & Floardo in Historia Ecclesie Rhemensis. Strabo illam distinxerat & terracinarum Galliarum Metropolim testatur. Hujus Urbis fundamenta, an. mundi 215. à Rhemo 23. Celtarum Rege facta fuere, quibus temporibus Priamus Trojae regnabat. Tempore verò Apostolorum, eam S. Sixtus S. Petri discipulus ad fidem convertit. Archiepiscopalis sedes est, in qua Gallia Reges sacro oleo, seu Ampulla, unguuntur, & consecrantur. Ecclesia Cathedralis B. Mariæ Virginis dicata. Archiepiscopus verò est Dux & primus Par. Francia. In hac S. Nicæus Rhemensis Archiepiscopus, an. 454. senio consecutus, unà cum sorore Eutropia, nec non multis aliis fidelibus, ab Hunnis trucidatus fuit. Georgius Colvenerius S. Theol. D. & Professor, in Academia Duacensi nuper vulgavit Historiam Rhemensis Ecclesie, per Floardum Presbyterum, & Catalogum Archiepiscoporum ibidem.

A 1. S. Sixtus, Patria Romanus, & S. Petri Discipulus, & Urbi Rhemenfis delegatus, an. à Christo nato 577. Sedit an. 10. martyrio coronatus Kal. Septemb. an. 67.
 2. S. Siniclus, etiam Romanus, & S. Petri Discipulus, ab eodem Apostolo ordinatus: presertim Ecclesie Sueffionensis; de- functo autem S. Sixto, Ecclesie Rhemenfis anno uno: martyri occubuit Kal. Sept. an. 68.
 3. S. Amanius, etiam Romanus, & S. Petri Discipulus, ordinatur Archiepiscopus an. 68. Sedit an. 21. & obiit 4. Novemb. an. 89.
 4. Betaufius, Græcus, S. Eusebii PP. nepos, ordinatur Archiepiscopus à Miltiade PP. an. 312. Sedit ann. 14. obiit an. 327. die 10. Febr.
 5. Aper 2. seu Afer, sedit an. 22. obiit Rhemis an. 350.
 Dioscolus hunc Demochares inseruit ex Synodo Agrippinensi, nam omittitur à Floardo, & in antiquis Catalogis.
 6. S. Maternianus: hujus corpus à Ludovico Rege in Alemanniam translatum est.
 7. S. Donzianus, sedit an. 29. obiit an. 399. 14. Octob. quo die festo duplici eum celebrat Ecclesia Cameracensis. Ejus corpus ad Brugas in Flandria translatum est.
 8. S. Viventius, hic Braquus super Mosam requiescit.
 9. S. Severus, obiit 15. Jan.
 10. S. Nicasius Martyr. Hic edificavit Ecclesiam B. Marie, & que fecit Cathedrali, quam & sanguine suo consecravit. Martyrium passus est die 14. Decemb. an. 407.
 11. Baruch, antea Prepositus Ecclesie Rhemenfis, sepultus jacet in Ecclesia Cathedrali.
 12. Baruchus, frater prædecessoris cognominis, sedit ann. uno, moritur Romæ apud S. Leonem PP. an. 459.
 13. Barnabas, ordinatur Romæ, & à S. Leone accepit pallium, an. 460. quo etiam obiit in Synodo Venetica.
 14. Bennadius, seu Bennagius, an. 462. germanus S. Hilarii Arelatenfis Episcopi. Sedit an. 8. obiit 469.
 15. S. Remigius, Francor. Apost. nominatus, an. 22. natus electus est an. 471. Clodoveum Regem ad fidem convertit baptizavit, sedit an. 74. migrat in celum 14. Januarii anno 544. ætatis sue 96. De eo Hincmarus ejus successor scripsit, ut & Sidonius Apollinaris lib. Epist. 7. Gregor. Turon. lib. 2. histor. cap. 31. & de gloria Confes. cap. 79.
 16. Romanus, Monachus Jurensis & primus Abb. Cœnobii Mentunacensis, in Dioecesi Trecenti, creatur Archiepiscopus an. 545. Sedit an. 18. moritur an. 563.
 17. Flavius, Arvernenfis Concilio subscripsit, celebrato 9. Idus Novembris, sub Honorato Archiepiscopo. Bituric. an. 543.
 18. Mapinius, seu Maprilis, sedit an. 7. obiit 572.
 19. Agidius, Rhemorum Archiepiscopus, præcipuum in Austrasia Regno locum gratiæ & auctoritatis consecutus est, iis virtutibus, & ingenii ornamentis, que magnopere celebrat Fortunat. lib. 3. cap. 20. Verum dedius hujus vitæ bonis, apud Reges pro gratia collegit invidiam, apud populum gratiam collectam effudit. Igitur de multis accusans, & tandem ad eum condemnandum accersitis Episcopis, Argentonum in exilium relegatus est. Gregor. Turon. lib. 10. cap. 19.
 20. Romulphus, filius Lupi Ducis Aquitaniae ulterioris, an. 597. hic per multa bona contulit Ecclesie Rhem. sedit an. 3. obiit 599.
 21. S. Sonnachus, Archidiaconus Rhemenfis, Archiepiscopus creatur an. 600. Synodum celebravit cum 40. vel eo amplius Galliarum Episcopis. Mortuus est in magna senectute die 20. Octob.
 22. Leu, regis filius.
 23. Engelbertus, alias Angelbertus, seu Angelbertus, ordinatus an. 649. Pallium accepit à S. Martino PP. sedit an. 3. moritur an. 651.
 24. Lando, ordinatur an. 651. Hujus Pontificis hortatu S. Sigebertus R. Austrasie fr. intravit Monasterium Ordinis S. Benedicti sedit an. 4. obiit 14. Martii an. 653.
 25. S. Nivardus, Monasterium Altumvillare condidit, ubi quiescit. Vincent. in speculo lib. 23. cap. 15.
 26. S. Reolus, seu Regulus, Orbecense Monasterium fundavit, in quo situs est, in fundo quem Theodoricus Rex ipsi donavit.
 27. S. Rigobertus, Comes, ex Mon. Benedictino creatus Archiepiscopus an. 696. Sacravit Dagobertum II. Chilpericum II. & Theodoricum II. Reges, & Carolum Martellum de sacro fonte suscipit, à quo tamen postea de sede esse effectus, & in

ejus locum Milo Abbas successit, qui Rhemensem Archiepiscopus. E patrum unum cum Trevirensi administravit.
 28. Tilpinus, Monachus S. Dionysii, nominatur Rhemenfis Archiepiscopus à Carolo Magno Rege Novioduni, an. 769. Inde ordinatus est 773. promovere Carolo Magno, cui pallium transmisit Adrianus PP. an. 774. unum cum titulo Primatis illius Dioecesis. Hic ex Canonicis fecit Monachos in Ecclesia S. Remigii, an. 786. obiit 2. Sept. 811.
 29. Vulfricus, Synodum Rhemis habuit, an. 813. & aliam Novioduni an. Multa obiit Ecclesie Rhemenfis beneficia ab Imp. Ludovico Pio, cui erat Cancellarius: sedit an. 10. obiit 5. Junii 822.
 30. Ebo, seu Ebbo, anno 822. ex concessione Paschalis PP. ad Dannorum conversionem profectus est, eique Haligarius Cameracensis Episcopus adjunctus est: in Synodo apud Theodonis villam an. 841. depositus, quia in Ludovico Pium cum aliis conspiraverat.
 Fulco Abbas, & post eum Notho, Rhemensem Ecclesiam Ebbonis loco regunt.
 31. Hincmarus, an. 845. electus, antea Monach. Carolum Calvum Regem consecravit, mente Septembris 869. Durilet.
 32. Fulco, an. 882. Carolum Simplicem, à quo toti Regno Cancellarius & administrator præfuit, coronavit, scholas Rhemenfes restituit, Urbem muris cinxit: sedit an. 17. 3. mens. & 10. diebus à VVincmaro, Balduni Comitis fraude, cæcus est die 17. Jun. an. 901.
 33. Heriveus, ann. 900. Caroli Simplicis Sum. Cancellar. Robertum Seniores inunxit, ac triduo post obiit, an. 922.
 34. Sensus, Archid. Ecclesie Rhemenfis, Synodum habuit apud Trosleum, immunitatem claustris Canonicis dedit, veneno ab Heriberto Comite extinctus est, an. 925.
 35. Hugo à Veromandia, Heriberti Comitis filius, quinquennis, electus in Archiepiscopus Rhemensem; de quo ad eundem, annum 925. Vide Baron. tom. 10.
 36. Artoldus, seu Artaldus, Monach. S. Remigii, an. 931. Huic Monetam, & Comitatum Rhemensem concessit Ludovicus Transmarinus, quem consecravit Laudini 20. Maji an. 936.
 37. Odalricus, Hugonis Comitis filius, Præpos. & C. G. nonic. Ecclesie Rom. Odalrici Episcopi Aquisgranensis nepos, ordinatus est, an. 962. & 968. Vindenisiam illam Canonicis dedit.
 38. Adalbero, five Albero, Godefredi Comitis filius, & frater Henrici Comitis Lothariensis, an. 972. Hic Synodum habuit mente Majo. Molomense Cœnobium, pro Canonicis substituendo Monachos, reformavit, & Hugonem Capetum in Regem Rhemis unxit, an. 987.
 39. Arnulphus, Lotharii Regis naturalis filius, ab Hugone Capeto Rege desinitus, & in ejus locum
 40. Gerbertus, Agilberti filius, Aquitanus, Philosoph. Monach. Floriacensis, & Abb. Bobienis contra Arnulphum electus an. 992. postea reiectus, & Ravennas Archiepiscopus effectus: Rom. Pontifex 998. Silvester II. dictus.
 41. Ebalus, seu Ebulus, ex laico electus, vir sacris litteris eruditus, Biriniacum villam dedit Canonicis an. 1022. Rhemis Synodum celebravit, ann. 1029. In regem Francorum unxit Henricum filium Roberti: sedit an. 21. obiit 1031.
 42. VVido, seu Guido Barbet, sedit an. 22. mens. 2. obiit an. 1055.
 43. Gervasius Barbet, antea Cœnomanensis Episcopus, Philippum Regem Parisiis sacravit, an. 1059. Tilleri.
 44. Manasses alias Manahes Maris, ab Hugone Diefi, Gregori VII. Legato, depositus in Synodo Lugdunensi, anno 1080.
 45. Rainoldus, seu Rainaldus, Contractus, Gal Reir, ordinatus an. 1080. Obiit Atrebat 21. Jan. 1095. quo die obiit eum celebrat Atrebat. Ecclesia.
 46. Manasses Daurifay II. an. 1095. Extant ad eundem Joannis Epistola 85. 102. 145. Adiit Synodo Trecenti habitæ an. 1114. 4. Non. Apr. indict. 12.
 47. Gervasius de Lorrain, Hugonis de Retefi & Balduni Hierosolymorum 3. Regis frater: abdicavit an. 1114.
 48. Radulphus, seu Rodulphus, Viridis, Gal le Vert. anno 1114. Sub eo celebratum est Concil. Rhemense, à Calisto II. PP. mens. Octob. 1119. in quo inter cætera, errores Gilberti Porretani damnati sunt: obiit 1124.
 49. Rainaldus Desprets, ex Andegavensi Episcopo fit

A Arch. an. 1124. Sacravit Rhemis ann. 1129. die 14. April. in regem Philippum Ludovici Crasti filium, an. 1130. fundavit Igniacense Monasterium. Ejus tempore Innocentius II. PP. Rhemis Concilium celebravit an. 1131. 14. Kal. Novem. Sedit an. 12. Obiit an. 1139. 19. Kal. Febr.
 50. Samson Desprez, ejus tempore Concilium habuit Eugenius III. PP. an. 1148. 11. Kal. April. contra errores Gilberti Porretani, & alium quendam hæreticum, dictum Eton. Sedit an. 22. Obiit 11. Augusti 1160.
 51. Henricus Magnus, filius Philippi Regis, & Ludovici VII. frater, Relig. Ord. Cisterciensis, Episcopus. antea Bellovacensis, an. 1161. tandem Archiepiscopus Rhemenfis, an. 1193. Ad hunc scribit Alexander III. PP. ext. de Appellationib. cap. 2. 5. 6. & 7. de decimis cap. 14. Qui Clerici vel vocantes cap. 1. de Hereticis cap. 7.
 52. Guilielmus Ad Abbas Manus, Philippi Augusti Regis, ex forore avunculus, quem consecravit in Regem Archiepiscopus Rhemenfis die Omnium Sanctorum, an. 1179. Renunciatus est, Tillerio teste, antea Sononenfis, Tit. S. Sabinae Card. & Legat. Obiit an. 1202.
 53. VVido 2. Parè Card. Episcopus. Prænestinus, Legat. olim Abbas Cisterciensis. Obiit Gandavi, an. 1206.
 54. Albericus de Humbert, Ecclesiam Cathedrali incendio deformatam hinc sernate edificare cepit. Hierosolymis rediens, Papiæ in Italia obiit.
 55. Guilielmus II. de Janvilla, an. 1220. Episcopus. antea Lingonenfis: hic an. 1223. 6. Id. Augusti Rhemis sacravit Ludovicum patrem S. Ludovici cum uxore sua Blancha: Ad hunc etiam scribit Honorius III. Papa ext. de filiis Presb. cap. 7. Sedit an. 8. obiit die 6. Novemb. 1226.
 56. Henricus II. de Brenna, an. 1227.
 57. Yvelus de Sainct Martin, ex Archiepiscopus Turonensis, an. 1244. Ad bellum facium post Concilium Lugdunense profectus est: sedit an. 14. obiit Damiat 1249.
 58. Thomas de Baunets, Latine de Bellomano, vel Belomelo, an. 1250. sedit an. 12. obiit an. 1261. 17. Februarii.
 59. Joannes de Courtenay, obiit an. 1271. die 20. Augusti: C sedit an. 8.
 60. Petrus Barbet, obiit an. 1300. Rhemis sepultus est.
 61. Robertus de Goumenay, an. 1302. Rhemis an. 1320. 9. Kal. Martii consecravit in Regem Carolum Pulchrum. Obiit an. 1325. Præfuerat Synodo Compendii habitæ, Provincie Rhemenfis, an. 1303.
 62. Guilielmus III. de Tria, Philippi Valesii Regis, quem coronavit, avunculus, antea Episcopus Bajocensis obiit an. 1334.
 63. Joannes II. de Vienna, Episcopus. antea Morinensis, obiit an. 1351.
 64. Hugo de Arceis, Monach. Floriacensis, antea Lugdunensis Episcopus. fit Archiepiscopus Rhem. an. 1350. sedit an. 2. obiit an. 1351.
 65. Humbertus, primò Delphinus Viennæ, deinde relicto principatu (quem Regi Philippo Valesio dedit ea lege, ut deinceps primogenitus Regis Francorum, qui in regno successurus erat, Delphinus diceretur, & eundem Principatum obtineret) extitit Religiosus Ord. Prædicat. & Prior Conventus Parisiensis, ac demum Patriarcha Alexandrinus. Obiit Lutetia an. 1345. 22. Maji.
 66. Joannes III. de Craon, antea Episcopus Cœnomanensis: Obiit Parisiis anno 1374. vel secundum alios, 1378. mense Martio.
 67. Ludovicus Thefart, alias Chetart, prius Episcopus Bajocensis, electus Archiepiscopus an. 1374. obiit an. 1375.
 68. Richardus de Pique, alias l'Agache, Burgundus, prius Episcopus Bisontinus, ordinatur Archiepiscopus an. 1377. obiit an. 1389.
 69. Federicus Cassignel, obiit an. 1390.
 70. Guido III. de Roya, Episcopus antea Verdunensis, Collegium Rhemense Parisiis fundavit: Archiepiscopus. Senonenfis postea factus.
 71. Simon de Cramado, primò Episcopus Pictaviensis, Patriarcha Alexandrinus, S. Laurentii in Lucina Presb. Card. à Joan. PP. XXII. an. 1413. obiit an. 1429.
 72. Petrus Troufseau II. Bituricus, prius Episcopus Pictaviensis. In Capella ab eo fundata in Ecclesia Bituricensi sepultus est, 20. Decemb. 1430.
 73. Reginaldus III. de Carnoto (de Chartres) Caroli VII. Regis Cancellarius, Tit. S. Stephani Card. obiit 1446.
 74. Jacobus Juvenalis de Urfinis, obiit an. 1448.
 75. Joannes Juvenalis de Urfinis, primus Episcopus Bellovacensis & Laoducensis, tandem ab anno 1444. ad ann. 1473. L. B. Theat. vii. Human. Tom. III.

(quo obiit) Archiepiscopus Rhemenfis, & Par Francia I. qui Rege Ludovicum II. sacra unctione confirmavit.
 76. Petrus III. de la Val, primò Episcopus Briocensis, deinde Macloviensis, tandem Archiepiscopus Rhemenfis, & Abb. S. Nicolai Andegavensis: obiit 14. Augusti 1493.
 77. Robertus Briconnetus, Regis Caroli VIII. Cancellarius, an. 5. obiit 1497.
 78. Guilielmus IV. Briconnetus, an. 1497. Archiepiscopus Rhemenfis, Abb. S. Germani à Pratis 1504. & ab Alexand. VI. Presb. Card. Tit. S. Pudentiana: creatus 1495. Regem Ludovicum XII. unxit Remis 24. Maji an. 1498. At postquam sedifit an. 10. Archiepiscopus factus est an. 1507. Tandem à Julio II. PP. Episcopus Card. Albanus, post Tufculanus, deinde Prænestinus creatus fuit: obiit Narbone an. 1514.
 79. Carolus de Corredo, Card. an. 1507. obiit Romæ.
 80. Robertus II. de Lenoncourt, unxit in Regem Francicum de Valois obiit 25. Septemb. 1533.
 81. Joannes V. à Lotharinga, Renati Ducis Lotharingie filius, prius Narbonensis Archiepiscopus, postea Rhemenfis, & Abbas totius Ord. Cluniacensis, & Card. Diacon. S. Onuphrii obiit 7. Id. Maji 1550.
 82. Carolus II. à Lotharinga, Cardin. filius Claudii Ducis Guyfiæ, S. R. E. Card. Tit. S. Ceciliae, & Abbas Cluniacensis Adiit Concilio Tridentino & Colloquio Poissiaico de religione habito 1561. mortuus Avenione 10. Decembris 1574.
 83. Ludovicus II. à Lotharinga, S. R. E. Presb. Cardin. Tit. S. Thomæ, Card. à Guyfia nuncupatus: Blasfis interfecit mente Decemb. 1587.
 84. Philippus de Lenoncourt, S. R. E. Card. an. 1592.
 85. Nicolaus de Pellevé, Card. ab ann. 1563. Archiepiscopus Senonenfis, tandem Archiepiscopus Rhemenfis: obiit an. 1594.
 86. Philippus de Bec, antea Episcopus Nannetenfis: obiit an. 1605.
 87. Ludovicus à Lotharinga, Henrici Ducis Guyfiæ filius, S. R. E. Card. à Guyfia dictus: obiit an. 1621.
 88. Gabriel à S. Maria de Gifford, Ord. Benedictini, Anglus, sed cujus majores olim à Gallia oriundi: Theologus infans, prædecessoris sui suffraganeus.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM
 Et Patriarcharum Bituricensium
 Aquitaniae Primatum.

Num. Arch.	Ann. Chr.	Ann. Pont.	Ann. obiit.
1	225	S. Ursinus.	28
2	280	S. Sevicianus.	16
3	296	S. Etherius.	14
4	307	Tecretus.	23
5	330	S. Marcellus.	7
6	337	Viator.	18
7	354	Leotherius.	9
8	363	Pauper.	14
9	377	S. Paladius I.	7
10	384	Villicius.	18
11	412	Avinus.	19
12	431	S. Leo.	21
13	448	S. Paladius II.	13
14	461	Eulodius.	9
15	470	S. Simplicius.	7
16	477	S. Therasius.	19
17	496	Roricus.	12
18	508	Stagiarius.	20
19	527	Humanus.	6
20	531	S. Honoratus I.	6
21	537	S. Honoratus II.	3
22	540	S. Archadius.	5
23	545	S. Desideratus.	9
24	554	S. Probanus.	14
25	562	S. Felix.	12
26	576	S. Remigius.	7
27	588	S. Sulpicius Severus.	12
28	596	Eustachius.	9
29	607	S. Apollinaris.	12
30	615	S. Austrefilius.	13
31	628	S. Sulpicius Pius.	641